DISSERTATIO INAVGVRALIS IVRIDICA
CONTINENS

STATVTORVM BVDISSINENSIVM COLLATIONEM,

CVM
JVRE CIVILI ET SAXONICO COMMVNI,
QVAM
ANNVENTE DEI GRATIA
SVB REGIMINE ACADEMICO
SERENISSIMI PRINCIPIS AC DOMINI,
DN. GVILIELMI HENRICI,
DVCIS SAXONIÆ, JVLIÆ, CLIVIÆ, MONTIVM, ANGARIÆ,
GVESTPHALIÆ ET RELIQVA
EX DECRETO ILLVSTRIS JCTORVM ORDINIS
IN ALMA SALANA
PRAESIDE
VIRO ILLVSTRI ATQVE EXCELLENTISSIMO
DN. CHRIST. WILDVOGELIO, JCto,
SERENISS. DVCIS SAXO-ISENAC. CONSILIARIO STATVS INTIMO, CVRIÆ
PROVINCIALIS ET SCABINATVS ASSESSORE, COLLEGII JVRIDICI
SENIORE ET ANTECESSORE CELEBERRIMO,
DOMINO AC PATRONO SVO SVBMISSE VENERANDO,
PRO OBTINENDIS IN VTROQVE JVRE
PRIVILEGIIS DOCTORALIBVS
PVBLICO ERVDITORVM EXAMINI SVBMITTIT
DIE APRILIS MDCCXV.
CHRISTIAN GOTTLOB Kaulfuß/
ADVOC. ORD. JVR. DICASTERIORVM
IN VTRAQVE LVSATIA.

JENÆ, LITERIS MVLLERIANIS.

15. 17
15.

PRÆLOQVIVM.

OPtimus inter germanarum rerum ſcriptores. *L. 2. Annal. in fine*, vetera nos extollere, recentium incurioſos eſſe, conqueritur. Jure hoc dicis, Tacite! Aurum enim in ſolo patrio conditum nos non decet negligere, ne in patria ſimus peregrini, & è contrario domeſtici in terra aliena, nec reprehenſionem JCti, in *L. 43. ff. d. Orig. Jur.* incurramus, turpe eſſe, inquientis, jura patria & cumprimis cauſam ibi orantem ignorare. Sane Imperator ipſe, in *L. 1. ff. d. ſuſp. tutor. & curat. & L. 25. ff. d. liberat. legat.* monet, quotidiana maxime attingenda eſſe; magna enim terrarum portio, ſtatutario magis quam communi jure regitur, & qui praxi litant, maximè de eo ſunt ſolliciti, quid per ſtatuta locorum receptum, & his deficientibus, quid jure communi ſit ſancitum. Quæ ſi mecum volvam mente, cum patriis moribus familiaritatem inire omnino neceſſum duxi, id quod meliori via vix contingere putavi, quam ſi ſtatuta inclytæ Reip. Budiſſinenſis, Metro-

poleos in Lusatia superiori, cum jure civili & saxonico conferrem. Et cum saxonico quidem ex hac ratione, quoniam hoc pro communiter recepto in nostro Marggraviatu habetur; id quod non modò praxis ac experientia rerum magistra comprobat, sed etiam ex Conring. *d. O. J. G. C. 29. 31.* & Meibom. *Introd. ad Hist. infer. Sax.* apparet. Cum enim Epko Repkovius jus provinciale saxonicum intra primos 50. seculi XIII. annos, primum latine, post hæc rogatu Hoyeri, Comitis Falccensteinii, in lingvam antiquam Saxon. transferret, & tandem Misnico idiomate Melchior Zobelius donaret, opereque in 3. Tomos divisô titulum speculi Saxon. daret, hujus dein tanta fuit auctoritas, ut in Livonia, Bohemia, Polonia, Marchia, Misnia, Silesia, Lusatiaque & aliis locis reciperetur in controv. v. dubiis ad Scabinatum Hall. Magdeburg. appellaretur. Et licet Budissæ natales non debeam, matris tamen & nutricis instar eadem mihi est deveneranda. In antecessum vero L. B. præmoneo; mihi non esse animum, commentari in jura hujus Reip. quippe quod aliis nostratium, & inprimis experientia rerum instructis & jure consultissimis relinquo; sive enim horum jurium fœcunditatem, sive, quâ per omnes juris partes se diffundit, amplitudinem spectes, ultro calculum adjicies, haud contineri posse hæc tanta in brevi dissertatione. Suscepi ergo tantum periculum facere in collatione dictorum statutorum cum celeberrimis non in germano duntaxat, sed & universo penè orbe receptis juribus, civili & Saxonico, & ostendam breviter in quo hæc inter se invicem faciunt divortium;

- - - *det ditior alter aristas*
pomaque, nos frutices munera parva damus.

Abun-

Abundat hæc Respublica viris & Jctis consummatissimis, tam qui clavum gerunt, quam qui consiliis adstant, quorum ἀκρίβεια adeo in orbe relucet, ut ipsis hâc paginâ facem accendere supervacuum sit. Abundavit quoque dudum pristinis seculis, qui huic civitati saluberrimas præscripserunt leges municipales, illasque ad conservandum bonum ordinem, & promovendam civium salutem publice promulgarunt. Laudantur hæc sæpius ab his, culpantur ab illis: pro re nata utrique facile assentire possum. Justitia equidem nonnisi una est, leges tamen, quæ eam profitentur, aut id saltem affectant, non uno modo se habent; nec habere se possunt, propter gentis diversam indolem: ex qua causa sæpe numero fit, ut aliquid hoc jure constitutum licitum sit, aliò plane sit illicitum & prohibitum, præsertim in iis rebus, quæ ex mero legislatoris arbitrio & beneplacito pendent. In cæteris enim, quæ ex naturali ratione dijudicantur, si diversum quid contineant leges, non tam jus dari per eas, quàm impunitatem præstari, certum est: Si deficiant & æquitas & rationabilitas, potius illa ad Garamantas releges. Ingens copia horum posteriorum, teste experientia, in opificum collegiis deprehenditur; ast cum hisce haud conferas nostratium statuta; vix reperies in iis omissum, quod ad bonos mores, justum ordinem, summam Reip. salutem, pertinet: quæ lex divina, Pater Patriæ Augustissimus, atque uno verbo, justitia requirit, omnibus numeris absoluta hic deprehenduntur, & lites, juxta monitum Jcti, in *L. 4. §. 1. ff. d. alienat. jud. mut. causa.* ceu pestem Reip. execrantur. Non nego, dari sanctiones, quæ ob disparitatem status cum alio eidem æquè non prosunt; sed L. B. non ibis inficias, singulas vestes, licet sint pretio-

ſiſſimæ, non omni corpori eſſe aptas, & velut calceus, nitidà licet ſutoris opera formatus, omnium pedibus haud convenit, ita nec omnes leges ac ſanctiones, in ſe quamvis æquiſſimæ ac ſaluberrimæ, nequaquam omni Reip. congruunt, ſed prout tempora Reip. ejusque ſtatus poſtulat, juxta prudentiſſimum Meſſalini apud Tacitum monitum, ſubinde mutari debent. Diſcrepantiam namq; facit vel locorum, regionum ac climatum diverſitas, vel incolarum, qui ingenio, moribus ac vitæ genere immane quantum ſæpius discrepant, varietas, qua de re eleganter Anonymus ſcripſit in Tr. *les differences principales, qui diſtingvent les plus conſiderables nations de l'Europe.* vel temporum etiam ac dominorum mutatio; hinc recte Ariſtoteles *L. 4. Eth. 1.* dicit: Leges ad Remp. non Reſp. ad LL. accommodari debere. Et hoc modò quædam conſvetudo quoddamque ſtatutum dici poteſt rationabile, quamvis aliqualem nonnunquam continere videatur iniquitatem. vid. Wehner. *obſ. 122. voc.* Gewohnheit. Nolo præterea hic quæſtionem diſcutere, an in talius modi ſtatutis, civibus competat diſcretio boni & mali? quamvis magis in negativam deſcendere velim, cum omnibus modis cavendum ſit, ne cives circa LL. à ſuperioribus vel majoribus præſcriptas nimium ſint ſcrupuloſi, nec omnia ad lancem & trutinam ſummæ æquitatis aut juſtitiæ appendant, eoque ſub prætextu magiſtratui debitam obedientiam detrectent, quippe experientia teſtatur, ſæpius haud eſſe in magiſtratus viribus, ex amuſſi ſemper juſtitiam ſummam obſervare, ſed ex certa ſtatus ratione aliquando iniquum admittere ſolere, ut finem ſuum conſequatur, huc enim pertinet illud: à juſtitia nonnunquam abeas in parvis, ſi ſalvam illam velis in

magnis,

magnis, & quod Tacitus monet: habet ſæpe aliquid ex iniquo omne magnum exemplum, quod erga ſingulos utilitate publica rependitur.

Sat eſt municipio, ſi illis LL. regi poteſt, quas antiquitus probas & ſibi convenientes duxit, ne ſinguli in ſingulos ruant; ſed unusquisque ſub publico tutamine pace & quiete frui poſſit. Immenſam quidem juris civilis amplitudinem fatentur omnes, & plurimi conqueruntur de nimio romanarum LL. numero, atque accuſant Juſtinianum; quod aggreſſus fuerit tam deſperatum opus, Saxonibus itaque aliisve multis civitatibus adeò juribus ſtatutariis proſpectum eſſe putant, ut videantur omni jure romano carere poſſe; Sed eventus nondum comprobavit, ullibi ſtatuta hoc perfectionis punctum aſſecuta fuiſſe, ut juri romano univerſo repudium dare liceat. De cætero, cum Imperator ipſe non poſſit per generalem conſtitutionem ſingulis caſibus proſpicere, ideò poteſtatem LL. condendi, juxta provincialium mores & indolem permiſit: expedit enim Reip. ut LL. juxta conditionem rerum humanarum & ſtatum populi præſentem habeat. Hinc utut ingens ſit, non tamen tanta eſt LL. multitudo, ut omnibus & ſingulis caſibus decidendis ſufficiat: Uſu multa recipiuntur hactenus ignorata, deciduntur multa uſu hucusque dubia, & licet jus romanum magnæ ſit autoritatis, quod oſtendit Artur. Duck. *tr. d. uſu & autor. jur. civ. L. 1. c. 2.* & Duarenus *in præf. ad ff.* quin & per totam fere Europam obſervetur, teſt. Carol. Molin. *ad Conſv. Pariſ. Tit. des fiefs. n. 110.* & in Germania primum ſenſim receptum, dein conſtitut. Imp. Maximiliani *An. 1495.* confirmatum.

matum. Lehm. *Chronic. Spir. L. 4. c. 21. p. 337.* & in Camera hodienum obſervetur. *O. C. P. 1.* quo reſpectu, & quod à ſapientiſſimis viris conſcriptum, imo æquitati & rationi conveniens appareat, ut omnium ferè chriſtianarum gentium approbatione commune ſit effectum, adeo ut Thomas Lanſius *Orat. pro Ital. p. m. 659.* de Digeſtorum & Codicis libris pronunciaverit: nullos præſtantiores in orbe terrarum poſt ſacra biblia exiſtere, & vix tam elegans corpus chriſtiana Reſp. foret datura. Anton. Matthæi *diſp. 12 d. fund. jur. alit. jaciend. th. 34.* in qua diſſertatione is equidem multas juri juſtinianeo aſpergit maculas, ſed has Jacob. Mœſtert. *in Tr. d. juſtit. Rom. LL.* abſterſit, conf. Oldenb. in *Limn. enucleat. T. 13. & 57. P. 2. T. 31. in f.* Quia tamen nulla lex omnibus & ſingulis Rebus publicis ſufficiens lata eſt, ideò hæ quandoque LL. particulares ad naturam populi accommodatas requirunt. Quapropter non peccaſſe me credo, dum hanc diſſertationi meæ Inaugurali materiem ſelegi, nec ſollicitus fui de aliena, dum obviam mihi venit noſtræ Reipublicæ ſtatutum. Haud diffiteor equidem, quod in agris aliàs contigere videmus, ut pro ea, quæ eſt hominum induſtria, vel nullum, vel exiguum ſaltem ſpatium hodiè ſuperſit, quod non ab aliis jam fuerit occupatum, idem pariter in jure noſtro obtinere. Verum nec ideo ſcripſi hoc meletema, ut novum quid tradam, nec ut diſcuſſionem inſtituam eorum, quæ in Academia à Profeſſoribus traduntur; ſed & tantum abeſt, ut in magiſtrorum verba jurare velim, cum ex Senecæ monito, nil æquè curandum, quam ne pecorum ritu ſequamur antecedentium gregem; pergendum non qua eundem eſt, ſed qua itur via: Examinandæ ſunt res libertate philoſophica

phica & ex norma justitiæ, ubi lex & ratio deficit: tam libera enim Jurisprudentiæ est philosophia, ut si filius à patre dissentiat, pietatem non lædat. Tuum jam erit L. B. omnia in bonam interpretari partem, cum scias ex *L. 3. §. 13. ff. d. V. J. E.* in nullo penitus aberrare, solius divinæ non mortalis esse constantiæ.

CAPUT I.

Sistens Onomatologiam, Homonymiam & Synonymiam Statutorum.

§. I.

Onomatologia.

Methodus in conscribenda dissertatione usu hac recepta videtur, quæ rubri explicationem per etymologiam, homonymiam & synonymiam exhibet; Antiquitati hæc consuetudo suos debet natales, nec noviter irrepsit, quod videre est ex *L. 1. pr. ff. d. J. J. L. 2. §. 22. ff. d. O. R.* & suo usu haud destituitur; sunt enim nomina quasi picturæ & characteres, quibus ipsa rerum innotescit natura, teste Aulo Gell. *N. A. L. 13. c. 10.* & suffragante JCto, in modo citatis L.L. Imo Pontifice in *c. 1. causa 27. qu. 1.* Derivatur vero Statutum à *statuendo*, quod est, *arg. L. 1. ff. quod quisque jur. in al. statuer.* deliberato animo aliquid decernere ac constituere.

§. II.

Homonymia & Synonymia.

A JCtis usitata significatione diversimode accipitur,

tum

tum pro jure Statuum Imperii & cujusvis in ſuo territorio. Bachov. *ad πρῶτα Rubr. ad Statut. n. 2.* tum pro judicis ſententia & judicato. *L. 9. C. d. ſent. & inter. loc. l. 4. & 5. d. re jud.* non minus de quolibet jure communi, *L. 46. d. V. S. pr. L. 2. ff. d. off. Præf. Prat.* item pro jure *(C. 1. 2. d. Conſtitut. in 6.)* corporum & collegiorum, juxta hodiernum uſum: & denique pro jure locali & topico vel LL. Civitatum municipalium, nobis Welchbild / Willkühr / Stadt Recht / quali ſenſu etiam apud Romanos olim uſurpatum eſt. *L. 2. C. d. Decur. l. 19. 21. d. muner. & honor.* quæ poſterior ſignificatio eſt hujus loci.

§. III.

Definitio. Quanquam cujusvis rei definitio, monente JCto Ulpiano, maxime periculoſa, cum hæc ſuis numeris abſoluta vix ferri queat, attamen me non fallere ſum perſuaſus, ſi cum Alb. à Roſate tr. *d. ſtat. L. 1. qu. 1. n. 1.* ſtatuta deſcribam, quod ſint jus cuilibet civitati poteſtate nomothetica gaudenti, vel cum conſenſu ſuperioris proprium, quod ipſa ſibi in ſuam utilitatem conſtituit. Quo pertinet, quod habetur in *L. 9. d. J. & J.* omnes populi, qui LL. & moribus reguntur, partim ſuo proprio, partim communi omnium jure utuntur, quod enim quisq; populus ſibi jus conſtituit, id ipſum jus proprium civitatis eſt. conf. *§. 1. J. d. J. N. G. & C.* quapropter hodie nulla fere eſt provincia civitasque nulla, quæ non ſua propria habeat jura provincialia vel municipalia, ſive ſtatuta, quibus Carpz. *P. 2. C. 14. D. 53. n. 1. ſeq.* tantam tribuit autoritatem, ut in illis locis, in quibus vigent, etiam Imp. & Pontificum LL. ac canones vincant. Hoc certum eſt, ſtatuta ſemel condita & promulgata, habere vim legis. *l. 9. ff. d. J. & J.* & ex eo tempore, quo publicata,

blicata, robur obtinere adeo, ut qui contrarium asserit, sc. quod non sint recepta, id probare debeat. Jacob. Schult. *p. 2. qu. pr. 66.* Carpz. *P. 1. Dec. 3.*

§. IV.

Supersedeo hic examinare quæstionem satis tritam (1.) an municipales civitates gaudeant potestate LL. condendi, & remitto *L. B.* ad Struvii *S. J. C. Exerc. Th. 4. seqq.* it. Zæs. *ad ff. Tit. 4. n. 32.* Stephan. *de Jurisdict. L. 2. P. 2. C. 8. n. 16. seqq.* Mev. *ad jus Lub. in prooem. qu. 2. n. 52.* mea opinio ex definitione apparet, quod nim. municipiis potestate nomothetica destitutis, sola parendi gloria sit relicta, Becman. in *Medit. polit. Diss. 19. Th. 2.* adeoque superioris consensu munienda esse talia statuta: à quo tamen DD. excipiunt casus, si bonorum administratio senatui á superiore fuerit concessa, tunc enim concessam æque esse facultatem leges circa administrationem præscribendi, quo his ipsis salus & bonum civitatis promoveatur. *arg. L. f. & t. t. decret. ab ord. faciend.* Zæs. *d. l.* & de hac materia in nostris statutis infra quædam reperies *P. 3. Articul. 10. num. 5.* Non igitur statutum, qua tale, simplici conventione Magistratus & civium nititur, per trad. Ziegl. *d. jur. Majest. c. 3. §. 16.* utut conventionis speciem habere videatur, ex quo etiam suum nomen sortitur & Willkühr vocari solet, id namque ad principium & fontem referendum est, non ad vim ipsius præcepti: atque hinc quatenus tale statutum vim habet cogendi publicam, Lex dicitur. *C. 1. 2. d. constit. in 6. C. 46. pr. d. V. S. Auth. Cassa. C. d. SS. Eccles.* Et quamvis nulla civitas jurisdictione & facultate leges condendi destituta, consuetudinem condat, actus tamen illi præbet, qui, quatenus ex eisdem jus inducitur, ratione formæ à superiori dependent,

 ita

ita, ut ſi actus iſti divino juri, rectæ rationi, ſalutique publicæ & genio civitatis conformes reperiantur, is illos improbare nequeat, ſin vero ſecus, denegare eisdem vim intrinſecam poſſit, nulla impediente temporis diuturnitate. Betſius *c. 8. d. pactis famil. illuſtr. p. m. 441.* Aliter ſentit excellentiſſ. Struv. *S. C. J. Ex. 2. th. 42.* ubi diſtingv. inter Civitatem privilegiatam & minus talem, ita ut illius ſtatuta, non vero hujus, absque ſuperioris confirmatione expreſſa obligent, cui calculum adjicit Lauterb. *in C. J. p. XI.* Cæterum ſtatuta inclytæ Reip. Budiſſinenſis maximum robur & autoritatem ex confirmat. Imp. Romani, Regum Bohemorum & Marggraviorum Luſatiæ, nimirum à Ferdinandis, Rudolphis, VVladislao & ſubſequentibus Marggraviis Luſatiæ, ad noſtra usque tempora durantem, nacta ſunt.

§. V.

Porro (2.) ad quæſtionem, num quoque ſtatuta dentur ac ſubſiſtant, quæ non in ſcripturam ſunt redacta? affirmativa opinio mihi arridet, quippe ſtatuta ſenſim ac pedetentim conſuetudine introduci poſſunt, per longi autem temporis diuturnitatem tantopore coalent, ut quilibet civium in ſuo municipio illa pro lege agnoſcat, & unus in alium, parentesque in poſteros ſuos transferant. Evenit exinde, ut hæ conſuetudines cum ſtatutis pari paſſu ambulent. Rauchbar. *Jurid. Qu. 36. n. 86.* & vim legis acquirant. *L. 32. 33. d. LL.* Ipſe quoque Juſtinianus §. *10. J. d. J. N. G. & C.* qui differentiam inter jus ſcriptum & non ſcriptum extrinſecus ab inſtitutis duarum civitatum, Athenienſium ſc. & Lacædemoniorum, deducit, quarum illa, quæ pro LL. obſervabant, memoriæ mandabant, hæc vero, quæ in LL. ſcripta comprehendiſſent, cuſtodiebant, luculenter hoc edocet,

docet, quam quæstionem satis excussit Bachov. *ad Tit. Inst. d. I. & I. rubr. d. divis. & spec. jur. civ.* nec non D. Struv. *S. I. C. Ex. 2. th. 2.* Ungeb. *Exerc. 2. qu. 6.* ubi demonstrat, quod ad modum solummodo pertineat scriptura. Add. Suarez *Tr. d. LL. L. 1. c. 11. n. 6.* Imolam *rubr. d. Const. Pr. & in L. 8. C. d. LL.* Sebast. Medic. *Tr. d. LL. & statut. P. 3. qu. 11. it.* Excell. Dn. Thomas. *ad Strauch. Diss. 1. aph. 6.*

§. VI.

Pedem promoveo ad divisionem statutorum. Dispescuntur vero ut plurimum à DD. in municipalia, quæ fiunt à magistratu civitatis, quia ipsis cura civium commissa & de eorundem rebus disponendi facutas data est. Mev. *P. 1. D. 55. n. 2.* & in opificum articulos, Innungs-Aricul, Beier. *d. orig. spec. & interp. jur. opif. c. 6. §. 5.* hi namque licet non propria, analogica tamen, h. e. jurisdictione tali gaudent, quæ ad eorundem negotia pertinet. Brunnem. *ad L. 3. C. jurisd. 112.* itemque in statuta Principum Imperii, ad differentiam juris universalis Imperii, conf. ordin. Cam. *P. 1. T. 57. &* Struv. *S. I. C. Ex. 2. Th. 4.* Alia porro sunt civilia, quæ ad statum publicum pertinent, vel privata, singulorum utilitatem respicientia, *arg. §. 4. I. d. I. & I.* Alia quæ secundum, alia quæ præter, & alia, quæ contra jus commune sunt. Schneidevv. *in §. 1. I. d. I. N. G. & C. n. 17.* Pruckm. *Vol. 1. Cons. 13. n. 33.* Denique alia sunt realia, alia personalia. conf. Anchoranus *Consil. 327.* Honded. *Cons. 3. n. 29.* *Divisio.*

CAP. II.

Ipsam collationem statuti cum jure communi & Sax, exhibens.

§. I.

Ad Prooem. verb. Vielmehr ein jeglicher von unsern Bürgern/ Inwohnern Schutz-verwandten&c.

QVæstio hic incidit: An etiam hodie jure civitatis frui possint homines proprii, vel glebæ adscripti? Resp. neg. Notum est, in Lusatia utraque rusticolas glebæ esse adscriptos, nec eâ gaudere libertate civili, ac rustici in Misnia & Electoratu, id quod comprobat Ober-Laußnitz. Unterth. Ordn. de Anno 1652. Art. I. Was derer Unterthanen aufm Lande Zustand/ Thun und Wesen sey ꝛc. in verbis: Daß die Unterthanen/wie bey diesem Marggrafthum beständig hergebracht/ aufm Lande nicht nach Art und Weise wie die Knechte in Römischen Rechten dienstbar und leibeigen/ sondern ihren Grund und Boden dergestalt besitzen/ daß sie hiervon denen Herrschafften ihre schuldige Dienste zu leisten/ dargegen ihren nothdürfftigen und gebührenden Unterhalt von dem Grunde/ so sie besitzen/ zu suchen schuldig. Und weiln sie gestalten Sachen nach denen auf dem Grund gewidmeten gleich zu achten/ und dahero weder gäntzlich frey/ noch gäntzlich dienstbar sind ꝛc. so gar/ daß wenn schon ihre Kinder denen literis obliegen/ nicht frey werden. vid. Præjud. in Ober-Ambts Actis Herrn von Callenberg contra George Jentschen von Halbendorff An. 1687. Hinc in bene constitutis rebus publicis homines hujusmodi conditionis non ad jus civitatis admittuntur, nisi manumissionis testimonia, Laß-Brief/ afferant, vel aliàs nexu servili liberati verisimiliter præsumantur, qui casus fusius *in cit. ordin.* recensentur, vel fidejussores præstent de eo,

quod

quod legitimè nati, nec ullius hominis sint proprii. conf. Mev. *ad j. L. Art.3. n.3.* item *Art. 13. & 14.* Auch soll kein Dienst-Knecht zum Bürger angenommen werden etc. & Besold. *in Contin. th. pract. voc.* Leibeigene Leute. ibi: Es wurde nicht leicht ein Leibeigener zum Bürger aufgenommen: unde ortum esse diverbium dicitur: Es flieget kein Rauch-Huhn über die Mauren etc. Hering. *d. fidejuss. c.5. n.333.* Multo minus Sorabi & Vandali, qui juxta Budissam maximam partem habitant, & per recessus Imperii ab omni dignitate excluduntur, in album civium cooptandi, eapropter literis testimonialibus opificum inseritur: Daß der Lehrling kein Wende oder Sclave sey. vid. Mich. Praun. *d. patric. p. 49. n. 118.* & Besold. *th. pract. voc.* Lehr-Jahren etc. ubi simul rationes reperies. Erat etiam hic mos apud Romanos, ut in venditione servi ejus nationem indicent, eò, quod natio servorum possit vel provocare emptorem, cum illi præsumantur boni, qui sunt generis non infamati, *l.31. §.21. d. ædil. ed.* vel illum deterrere, cum mali corvi malum ovum esse soleat. Sic Samaritani semper infames & despectui fuére Judæis, teste S. scriptura. Vigore igitur dictæ constitutionis, dominus subditos tales fugitivos, quamvis in numerum civium jam cooptati fuerint, vindicare quocunque tempore potest. Mev. *P.2. Dec.101.* quod tamen jure Lubec. ad annum & diem est restrictum. *Lib.1. T.3. Art.3.* Mev. *P.I. Dec.90. n.12.* De eo vero, quatenus dominus propria autoritate colonos suos fugitivos apprehendere & antiquis penatibus restituere possit, vid. Gail. *d. Arest. Imp. c.8. n.17. p.254. L.1. & 3. ff. d. fugit. j. L.2.4. C. d. serv. fugit.* ibique Brunnem.. Dantur etiam alibi particularia jura, quæ certam nationem à jure civitatis excludunt; veluti disponit Würtenb. Land-

Ord-

Ordnung *Tit. 2. §. 3.* Es sollen unsere Amt-Leute und Gerichte keinen Wahlen oder Saphoyer zum Bürger annehmen. & per *L. f. C. d. Jud. & Cælic.* ut & *Auth. Gazaros. C. d. hæret.* Judæi quoque à communione civitatis arcentur, nisi sint baptizati, per tradita Deciani *Tr. Crim. l. 5. c. 15. n. 2.* Qui vero dicantur cives nati? & an ii, qui diversæ sunt religionis, jura ac privilegia civium capessere queant? conf. Lyser. *in Diss. d. jure civitatis, Witteb. hab. 1681. §. 9. seqq.*

§. II.

ad verba: Oder wer sonst vor uns und unsern Gerichten zu schaffen haben.

Quæri solet: an & quatenus tam statuentes quam forenses ex jure statutario obligentur? Effectus legum est, ut omnes obligent, non solum ad scientiam, *t. t. ff. & C. d. jur. & fact. ign.* *arg. L. 7. C. d. LL.* sed & ad obedientiam, *L. 7. ff. d. jur. patron.* Felin. *in c. 3. X. d. jurej. n. 5.* itemque ad pœnam, *l. 2. ff. d. LL.* & omnes statuentium subditos comprehendant, *arg. L. 9. ff. d. J. & J.* quin & ad ipsos statuentes & magistratum extendantur. Zas. *ad L. 1. n. 9. ff. quod quisque jur. in alt. stat.* Oldendorp. *Class. 1. act. 1.* Carpz. *Jurispr. for. P. 3. c. 12. def. 17. n. 1.* Et sane hæc statuta eò fortius ligant, quando præcipua juramento senatorio inserta clausula, consules & senatores, se leges & statuta civitatis sarta tecta servaturos, ac nihil quicquam contrarium esse admissuros, promittunt. Hic enim est ille vitalis spiritus, quem tot millia trahunt; ubi vero mali mores, leges ac statuta in potestatem suam traxerunt, ibi mera fit ἀναρχία & confusio. Fritsch. *in Tr. d. Cons. & Senat. Concl. 25.* Sic pariter prætoris est, statuta in pronunciando ad literam servare. Schurff. *Cent. 3. Cons. 76. n. 12. pr. J. d. off. jud.* & si hoc non observat, litem facit suam & de syndi-

ſyndicatu tenetur. *c. venientes. X. d. jurej. l. 3. C. d. ædif. privat.* Gail. *L. 1. obſ. 36. n. 12.* Quid? quod immenſum ſubditis calcar addatur, ſi ipſe magiſtratus, bene quod ordinavit, obſervet: quo ſpectat quod Lucanus ait:

In commune jubes ſi quid cenſesve tenendum
primus juſſa ſubi, tunc obſervantior æqui
fit populus, nec ferre negat, cum viderit ipſum
autorem parere ſibi.

Nec advenæ ab hac obligatione ſunt exempti, juxta illud: ſi fueris Romæ, romano vivito more. *arg. c. quisquis 1. diſt. 41. can. 24. c. 11. qu. 3.* inprimis quando illi bona immobilia comparando, contractus celebrando, litigando vel delinquendo civibus ſe admiſcent, hoc ipſo enim judicis loci jurisdictionem agnoſcunt. *arg. L. 2. ff. d. judic. l. 11. §. 1. ff. d. jurisd. c. 1. & 2. X. d. mut. petit.* Hugo Grot. *d. J. B. & P. L. 2. c. 2. §. 5. & c. 11. §. 5. n. 2.* ubi ſequentem in modum philoſophatur: *eſt neceſſarium moraliter ad gubernationem populi, ut qui ei vel ad tempus ſe admiſcent, quod fit intrando in territorium, ii conformes ſe reddant ejus populi inſtitutis.* Et velut is, qui transfert domicilium in aliquem locum, eo ipſo vult obligari LL. loci permanenter, vel ex conſequenti obligatur; ita qui alicubi vult ad breve tempus morari, eo ipſo vult aut velle debet ſubeſſe regimini illius loci, quoad ea, quæ ad generales mores & leges ſpectant. Svarez. *Tr. d. LL. L. 3. c. 33. n. 4.* Id quod tamen eatenus procedit, quatenus in uno vel altero caſu, perſonæ ſingulari jure non ſunt exemtæ, veluti id aſſerunt Dd. de aulicis, *ad Tit. C. ubi Senat. l. Clariſſ.* Chriſt. *Vol. 2. Dec. 167. n. 5.* & militibus, Brunnem. *in Comment. ad L. 6. C. d. Jurisd. omn. Jud.* Idem & in Luſatia ſuperiori obſervatur

 circa

circa omnes & singulos nobiles, quamvis in civitate habitent, tam masculini quam sequioris sexus, quod tamen contrariatur juri civili in *L. 19. §. f. ff. d. Judic. l. 29. ff. ad municipal.* & canonico, *cap. cum sit generale X. d. foro comp.* Quo etiam referas personas gradu academico insignitas & advocatos ordinarios juratos, quatenus non sunt cives, vel ratione rei sitæ forum sortiuntur, de quibus infra plura & laxiori vena scribam. Colophonis quasi loco illud adhuc adjiciam: quod statuta quandoque non modò ad futuros, sed etiam ad præteritos actus referri possint. *L. f. C. de act. pign. j. L. 7. C. d. LL.* Majer *in Comm. ad Inst. L. 1. T. 2.* sc. si nominatim & de præterito tempore & negotiis inde dependentibus cautum. *c. l. 7. C. d. LL.*

§. III.

Ad verba: Damit sich führohin Niemand mit einiger Unwissenheit &c.

Huc jure distinctionem illam Dd. applico: aut terminus à quo, statutis est præfixus, aut non: illo casu obligant illa ab eo tempore quod est definitum, hoc vero post duos menses à promulgatione facta, tum ad scientiam tum obedientiam. conf. cit. Dn. Mayer. *in Comment. ad Inst. L. 1. T. 2.* Exemplum est in promulgatione constitutionis de signata charta, vulgò vom Stempel-Papier; hæc cum Mens. Dec. An. 1711. in Lusatia superiori promulgaretur, duo menses eidem, ceu terminus à quo, præfixi erant. Oritur autem ex promulgatione statuti obligatio ad scientiam, ideo, quod in subdito ignorantia ejus non præsumatur. Hunn. *in Encyclop. P. 1. T. 3. c. 1.* Mascard. *d. stat. interp. conc. 6. n. 143.* Excipe civem novitium, qui tamen ignorantiam suam juramento probare tenetur. Gail. *L. 2. obs. 48. n. 26.* nisi delictum perpetraverit, quod etiam jure communi

muni prohibetur. Reinking. *d. Reg. Sec. & Eccles. L.2. Cl. 2. c. 10. n. 19.* Nam & in rustico dolus præsumitur ratione eorum, quæ contra jus naturæ & gentium, vel contra honestatem publicam perpetrat. Bargal. *d. dolo. L.3. c.1. n.45.* Ad obedientiam vero ita, ut etiam in conscientia cives sint obligati. Sanderson. *in Tr. d. Consc. præl.5. th. 21.* Arriaga *in Disp. Theol. Tom. 2. Tr. d. LL. Disp. 16. p. 178.*

§. IV.

Licet jure civili inobedientia contra magistratum haud dicatur crimen læsæ majestatis, Farinacius *Quæst. Crim. 113. n. 138. & 192.* nec semper ultimi supplicii pœna, sed deportatione. *l. 38. §. 2. ff. de pœn.* & plerumq; arbitraria pœna coërceatur, Farinac. *c. l. n. 192.* ubi *n. 197.* ait: ab hac opinione ceu veriori & receptiori, consulendo & judicando non esse recedendum. Gail. *d. P. P. L. 2. c. 4. n. 33.* attamen enorme & atrox esse hoc delictum, nemo negabit, *Luc. 23. & Actor. 24.* imo in Lusatia frequens fuisse, annales Lusatiæ comprobant, ut ita Imperatores & Marggravii hujus provinciæ prægnantes habuerint rationes, ob quas auctoritatem magistratibus civitatum stabilirent. vid. Caroli IV. Rescriptum Statutis Budissinensibus, verbotenus insertum. Unicum, loco omnium, civici tumultus exemplum recensere sufficiat ex Chronico Budissin. de Anno 1405.

ad P. 1. Tit. 1. Von Bürgerl. Gehorsam &c. *ad verba:* sondern sich am Stadt-Recht begnügen lassen u. gehorsam seyn/ bey Vermeidung der Pœn, damit Kayser Carl &c.

P. P.

In gemeldtem Jahre haben die Tuchmacher an dem Tage der Raths-Chur einen Aufruhr gemacht/ sind in das Rathhauß gefallen/ haben die meisten des Raths gefangen genommen/ und einen neuen Rath erwehlet/ aus ihrem Handwerck/ auch her-

nach das Schloß belägert; Allein Kayser Wenceslaus hat das scharff geahndet/ auf dem Rahthause in eigener Person Gerichte gehalten/ der Tuchmacher und anderer Zünffte/ die darbey interessiret gewesen/ ihre Privilegia zerrissen/ viel Rädelsführer und den gantzen neuen Rath köpffen lassen/ den alten aber wieder eingesetzet/ und sie bey ihrer Autorität und freyen Chur ohne Zuthun der Handwercker erhalten/ und dem Rathe Macht gegeben/ daß ohne ihre Bewilligung die Handwercker keinen Jungen haben sollen. Wie auch Käyser Wenceslai Brief dat. Görlitz Freyt. nach S. Gallen Anno 1408. bezeuget.

conf. nuper editum Programma scholasticum Dn. M. Bartschii, Rect. Budiss. *de singul. Bohem. in Lusat. meritis.*

§. V.

ad verba Rescripti: Nach Grösse des Frevels an Leib und Gut, rc.

L. 3. 4. 6. §. 8. d. offic. Præsid. j. L. 1. & 2. C. de Defens. Civit. & Nov. 15. c. 6. §. 1. probant, magistratus civitatum municipalium nullam in causis criminalibus judicandi vel exequendi habuisse potestatem; non tamen negant LL. & DD. hanc æque ac civilem, singulari privilegio vel præscriptione, aliôve titulo oneroso ab illis posse acquiri, sicut de omnibus etiam gravioribus causis cognoscere & in facinorosos pro modo concessæ & exercitæ facultatis animadvertere queunt, per probata à Stephan. *d. Jurisd. L. 2. P. 2. c. 2. n. 17.* Bocer. *d. Jurisd. c. 8. n. 90.* Bruning. *d. var. universit. spec. concl. 27.* Tale privilegium cum inclyti Status Lusatiæ superioris & Magistratus civitatum à gloriosissimo Imp. Ferdinando I. An. 1562. sub dato Pragæ d. 12. Martii obtinuerint, ejus primam paginam hic inserere allubet:

Wir Ferdinand rc. Bekennen offentlich und thun kund allermänniglich/ nachdem die Würdige/ Wohlgebohrne/ Gestrenge/ Ehrenveste und Ehrsame/ unsere Liebe Getreue unser

Stände/

Stände/ Prælaten, Herren/ Ritterschafften/ Mannschafften/ und die von Städten Unsers Marggrafthums Ober-Lausitz/ mehrmahls an Uns unterthänigst suppliciret/ daß Wir als ein regierender König in Böheim und Marggraf in Ober-Lausitz/ denen so jetziger Zeit die Ober-Gerichte nicht hätten/ ihnen dieselben zu besserer Erhaltung gemeines Land-Friedens/ auch desto einiger und friedlicher Nachbarschafft gnädigst wolten zukommen lassen. Und wiewol Wir dießfalls nicht unbillig Bedencken gehabt/ aus allerley im Rath befundenen stattlichen und begründeten Ursachen/ doch angesehen des Durchlauchtigsten Fürsten Herrn Maximiliani, Königs zu Böhmen/ Ertz-Hertzogs zu Oesterreich/ Marggrafens zu Mähren/ Hertzogen zu Lützenburg und in Schlesien/ Marggrafen zu Lausitz ꝛc. und der auch Durchlauchtigsten/ Hochgebohrnen/ Ferdinandi und Caroli, Ertz-Hertzogen zu Oesterreich/ Unser freundlichen lieben Söhnen und Fürsten/ Ihrer Liebden und gehorsame Intercession und dann zu Erhaltung gemeines Land-Friedens/ Sicherheit der Strassen/ Straffung des Ubels/ und zwischen Land und Städten besserer freundlicher und guter Nachbarschafft/ haben Wir denen Land-Ständen/ so zuvor die Ober-Gerichte biß auf die Zeit nicht gehabt/ und unsern Sechs Städten des Marggrafthums Ober-Lausitz jetzt gemeldte Ober-Gerichte nach folgender Gestalt ohne Nachtheil unserer Præeminentz und Regalien gnädigst bewilliget. Als nemlich: „Wir behalten Uns und Unsern Nachkommen denen Königen von Böhmen und Marggrafen in Ober-Lausitz/ als regierenden Landes-Fürsten/ concurrentem & conjunctam Jurisdictionem an solchen Ober-Gerichten bey den Land-Ständen als Adel. Personen/ auch hohen Standes und in Städten an den Personen die uns unsern Aemtern und denen Räthen in den Städten verwand/ & sic secundum personarum & delicti qualitatem gäntzlich bevor und sollen jetztgemeldte Herren Adel/ Standes und andere Personen an statt unser Zuthat der Landstände und Städte auf unsers Land-Voigts Befehl/ ihrer Verwirckung halber eingezogen/ verwah-

 ret/

ret/ und soll durch ihn den Landvoigt neben Land und Städten/
„ mit Bewilligung unser Stadthalter in Böhmen / gegen den-
„ oder dieselben wie recht procediret werden/ desgleichen soll un-
ser Regal- und concurrens Jurisdiction von wegen der Ober-
Gerichte pro Interesse nostro verstanden werden. &c.

Hæc verba præcedentia eam ob causam inserui, quia multa continent, quæ ad historiam status & Reip. facere possunt. Nimirum in hac sanctione personas quasdam augustissimus Imperator ab ordinario foro Prætoris & civitatis exemit. (1.) qui immediate Imperatori, vel jam potentissimo Electori Saxoniæ sunt subjecti (2.) qui coram dicasterio (dem Ober-Amte) primam habent instantiam & (3.) qui collegii Senatorii membra sunt, (die dem Rathe verwand) Primæ classi jure annumerabis Principes & Principissas Comites, Barones & Nobiles, regiæ cameræ Procuratorem, & qui illi à rationibus (der Rent-Schösser) sc. in casu, quo serenissimus Elector Landvoigtiam, velut inpræsentiarum fit, immediate jubet administrare; Ad secundam classem die denen Aemtern verwandt/refero Cancellarium Marggraviatus, gradu dignitatis academico insignitos, clericos à primo ad infimum cum ministrantibus ecclesiæ, nec non secretarium dicasterii, den Hofgerichts-Actuarium, Advocatos dicasterii ordinarios, Scribas & Registratorem, incolas Burglehnii, Nuncios quoque juratos, Oberamts-Bothe/Janitores, quos vocant die Land-Reuther/ und den Thorhüter auf den Schlosse: Quantum ad illos, qui honoribus academicis decorati sunt, nec tamen in civium numerum relati, sed solum sub civitatis jurisdictione degunt attinet, lis superiori anno 1714. M. Augusto inter eos & magistratum Budissinensem suborta est. Illi ab hoc immediate citati comparitionem denegarunt, provocantes (1.) ad possessionem

ſionem & quod ſui anteceſſores perpetuo contra tales citationes proteſtationibus ſe muniverint: (2.) verſari hic, ajebant, contemtum illuſtris dicaſterii, utpote quod juribus Cancellariæ in Luſatia ſuperiori gaudeat; neque (3.) ex eo, quod domicilium ſub jurisdictione magiſtratus habeant, competentiam fori exurgere, dum animus domicilium conſtituendi non niſi ex decennali manſione in uno loco colligatur. Brunn. *ad L. 2. C. d. incol. n. 2. ſeq.* & non niſi ex actibus, quibus de animo perpetuo ibidem permanendo conſtare poſſit, præſumatur. Hillig. *ad Donel. c. 12. lit. e.* Esbach. *ad* Carpz. *P. 1. C. 3. Def. 13. n. 5.* hinc (4.) talem habitationem neminem jurisdictioni obnoxium facere Cothm. *Vol. 1. Conſ. 73. n. 88.* Brunn. *ad l. c. n. 3.* ac præterea (5.) plusquam notorium eſſe: Budiſſam permultas alias inhabitare perſonas, in quas nulla jurisdictio magiſtratui competeret, in primis (6) hujus dicaſterii advocatos ordinarios, quibus illi ſic dicti graduati acceſſerunt dicaſterium pro judice ac foro competente, elegiſſe, atque à tempore receptionis non modo jurisjurandi & obedientiæ vinculo fuiſſe conſtrictos, ſed etiam in clientelam receptos, adeoque citra factum proprium, nulla neceſſitate cogente, & ad evitandam entium multiplicationem, alium judicem iis obtrudi non poſſe, ob præjudicium quod habet Rivin. *ad Proc. Sax. Tit. II. Eununci. 16.* porro (7.) dicaſterium Luſatiæ ſuperioris comparari poſſe cum Romanorum Prætorio Præfectis, id quod intuitu ſummæ jurisdictionis clare eluceat. *conf. L. pen. C. d. Advoc. div. jud.* (8.) confirmari hoc aſſertum permultis præjudiciis & obſervantia vicinarum & remotarum provinciarum, quippe quod Dresdæ neuter ex advocatis ordinariis ſummi regiminis ad

forum

forum subordinatum trahatur, etiamsi sub magistratus jurisdictione ædes conducat, quod pariter in Lusatia inferiori obtineat: denique (9.) inter status & magistratum Budissinensem ratione jurisdictionis confirmato recessu de dato Pragæ, d. 6. Mart. 1606. expresse cautum esse:

P. P.

Daß sich der Rath keiner jurisdiction über die/ welche denen beyden Aemtern unterwürffig/ und dem Rathe mit dem Bürger-Eyde nicht verbunden/ anmassen solle &c.

Hisce fundamentis permota illustris curia magistratui d. 10. Aug. d. a. rescripsit;

P. P.

WAs massen beym Churfürstl. Sächsis. Ober-Amte allhier Herr D. J. A. B Herr D. C. G. P. und L. T. H. darüber Beschwer geführet/ daß ihr selbte jüngsthin ohne Benennung warum und wozu/ durch den Marckmeister vor Euch citiren lassen/ und als sie nicht erschienen/ Sie zwar hernach in Schrifften mit expression und aus was vor motiven, und worzu/ anderweit vorgeladen/ iedoch ihnen darbey daß sie anfänglich sofort nicht erschienen/ einen harten Verweiß gegeben/ auch was sie sonst anführen und gebethen/ solches besaget der copeyliche Inschluß mit mehrern. Ob es nun wohl bey der letztern Citation mit expression der Ursachen in diesen besondern casu gelassen wird/ damit J. K. M. allergnädigsten Willen und Befehl in allerunterthänigsten Gehorsam nachlebet; So ist doch allerdings mit der erstern citation unbehörig verfahren worden/ und also Ihr weder deshalber einem dergestaltigen Verweiß vorzunehmen/ weniger daß Euch die Ober-Amts-Advocati vor ihren Judice ordinario zu erkennen/ anzuführen befugt gewesen/ dannenhero ist im Nahmen Ihr. Kön. Maj. in Pohlen und Churfürstl. Durchl. zu Sachsen tragenden Amts wegen hiermit mein Befehl: Daß Ihr diesfalls Euch des Rechtens und der bißherigen observanz bescheidet/ und die supplicanten bey ihren ordentli-

chen

chen ford, ausser in denen Fällen/ wenn einer oder der andere sich unter euer jurisdiction ansäßig machet/ oder da einer auch unter einer andern jurisdiction zu stehen und zu antworten zu recht schuldig ist/ verbleiben lasset. Wolte &c. Geben aufn Churfl. Sächs. Schloß zu Budißin den 10. Aug. 1714.

Et, cum huic mandato magistratus haud pareret, sed secunda vice sequentem citationem emitteret:

P. P.

Auf E. WohlEdl. und Hochw. Raths dieser Stadt Verordnung wird Herrn L. T. H. Adv. ordin. jur. anderweit und zwar bey 10. Rthlr. Straffe hiermit angedeutet/ daß er auf nechstkommenden Montag als den 10. hujus Vormittags zwischen 9. und 10. Uhr vor wohlgedachtem Rathe auf hiesigen Rathhause in Person erscheinen/ und dessen/ was auf Königl. allergnädigsten Befehl und von Obrigkeits wegen Ihme anzuzeigen gewärtig seyn solle. Decret den 3. Septembr. 1714.

Raths-Cantzeley der Stadt Budißin.

pœnale præceptum hanc citationem insecutum est hac formula:

P. P.

Es haben in Anschlusse Herr D. C. G. P. und L. T. H. Amts-Advocati ferner Beschwer geführet/ daß ihnen anderweit bey 10. Rthlr. Straffe aufn 10. huj. vor euch zu erscheinen/ und dessen was von Obrigkeits wegen Ihnen anzuzeigen gewärtig zu seyn/ angedeutet worden/ worwieder sie unterschiedl. eingewandt/ auch sich mit einer protestation reservando quævis competentia verwahret/ und dabey des Königl. und Churfürstlichen Sächsis. Amts Schutz imploriret/ alles angeführten mehrern Innhalts. Ob es nun wohl bey dem/ was in subjecto casu wegen der Vermögen-Steuer Euch committiret worden/ sein Bewenden hat/ und supplicanten den Königl. Befehl bey Euch anzuhören/ schuldig seyn sollen; Jedennoch weiln sie in übrigen als Amts-Advocati quoad personalia, von Euer Jurisdiction befreyet sind/ und diesfalls von Obrigkeits wegen vor Euch nicht

citiret werden können/ so sind auch diese formalia [unbehörig an-] bracht worden/ und ist demnach im Nahmen Jhro Kön. Maj. in Pohlen und Churfürstl. Durchl. zu Sachsen meines allergnädigsten Herrns tragenden Amts wegen mein Befehl: Daß Ihr bey 50 Thlr. Straffe euch fernerer citation an supplicanten mit denen formalien von Obrigkeits wegen enthaltet hingegen diese auf hohen Königl. Befehl und committirter massen gebrauchet. Wolte ich &c. Geben aufm Churfürstl. Schloß zu Budißin/ den 6. Septembr. 1714.

Verum contra hoc mandatum senatus sequenti modo excepit, & eventualiter appellationem ad judicium ordinarium annexuit his verbis:

P. P.

E. H. G. hat vermittelst einer Oaber-Amts-Verordnung auf Anbringen Herrn Doct. &c. in folgenden formalibus darüber zu judiciren belieben getragen: &c.

Ob nun wohl in E. Hochlöblichen Ober-Amt/ so wohl als in andern Ober- und Untergerichten sonst nicht gewöhnl. vielweniger denen natürl. Göttl- und Weltl. Rechten in geringsten gemäß/ iemanden auch den gemeinsten Privat-Mann/ vielweniger einen magistrat inaudita causa und auf blosses Anbringen widerwärtiger Personen/ ohne alle Bedingung und adjicirte clausul: si preces veritate nitantur, zu beurtheilen/ so müssen wir doch daß dergleichen von E. Hochlöbl. Ober-Amte zu unserer und unseres auch im Nahmen Jhro Kön. Maj. führenden Obrigkeitlichen Amts sonderbahrer Beschimpffung/ einmahl über das andere uns begegnet/ mit Vorbehalt aller diesfalls competirenden Rechts-Mittel solches biß zu seiner Zeit dahin gestellet seyn lassen/ und würden wir/ wenn E. H. G. über denen imputationibus uns nur zuförderst auch hören wollen/ ohnschwer / daß/ gestalten Sachen nach/ und da in præsenti weder eine causa privata verhanden / sondern ex officio mit denen Herren Supplicanten zu reden/ hierzu auch keine præparation zuförderst vonnöthen/ oder darbey ein prajudiz zu besorgen gewesen/ und dar-

zu ihm/ beseige beygehender registratur, von ministro, der sie civili Catis modo erfordert / die Ursache dessen nicht verhalten worden/ wir allerdings mit der erstern citation behörig verfahren/ ingleichen auch daß selbige dem empfangenen Verweiß wohl verdienet/ und wir/ daß sie als unter unserer jurisdiction wohnende/ und vor hiesigen Gerichten practicirende Advocati, uns vor ihre ordentliche Obrigkeit zu erkennen hätten / anzuführen befugt gewesen / sattsame Ausführung gethan; Nachdem aber über dieses auch E. H. G. als wenn in genere uns denen Rechten und der observanz nach/ die jurisdiction über diejenige Personen/ welche bey E. Hochlöbl. Ober-Amt als Advocati immatriculiret seyn sollen/ ungeachtet sie schon unter unserer Gerichtsbarkeit wohnhafftig sich befinden/ und vor uns/ wie auch denen Stadt-Gerichten praxin exerciren / ausser in denen Fällen/ wenn sich dieselbe allda ansäßig machen/ oder sonst unter einer frembden jurisdiction, als in Capitulo, zu stehen schuldig ist/ nicht zustünde zu præsupponiren und darauf erstgedachter Ober-Amts-Verordnung zu richten vermeinet/ mehrerwehnte Herren supplicanten auch solches in einer bey uns eingereichten Schrifft pro deciso anzunehmen sich nicht entblödet; Als können wir nicht umhin/ so wohl in Betrachtung/ daß weder einiges Recht/ noch observanz dieses Orths die Advocatos ordinarios iemahlen à jurisdictione ordinaria, wenn sie unter uns/ und nicht einer andern jurisdiction wohnen/ eximiren/ als auch um alle hieraus zu besorgende sehr præjudicirliche Folgerungen abzuwenden/ von diesen vermeinten deciso oder aus angeregten sehr unrichtigen præsuppositis und darauf fundirten Befehl/ uns zuwachsenden extrajudicial gravamine, durante adhuc decendio an E. Hochlöbl. Ober-Amt und jud. ordin. deren von Land und Städten hiermit zu appelliren und E. H. G. zu bitten selbte geruhe sothaner appellation hochgeneigt zu deferiren und dieselbe ad Acta registriren zu lassen. Dat. Budiss. d. 7. Sept. 1714.

cumque postea magistratus ulterius sub d. 1. Octobr. d. a.

 gra-

gravamina proferret, terminumque ad justificandam appellationem sequentem in modum peteret,

P. P.

Es wäre an sich selbst notorisch / daß die klagende Herren Doct. und Licentiati bereits in die 2. 3. und 4. Jahre in hiesiger Stadt jurisdiction situiret/ wohnhafft/ und nicht zu läugnen/ daß dieselbe zeithero keinesweges als Passagiers und Fremdlinge sich aufgehalten/ sondern vielmehr allda um hiesigen Orths profession von ihren studiis zu machen sich ordentlich niedergelassen/ ja gar der letztere in ein bürgerl. Hauß geheurathet/ und dieselbe insgesamt biß anhero vor denen Stad-Gerichten practiciret/ also vermöge der kundbaren Rechte: Daß nicht nur die/ welche durch Erkauffung unbewegl. Grund-Stücke bey einer Stadt sich ansäßig machen/ oder consueto more das Bürgerrecht acquiriret haben/ sondern auch die incolæ oder Innwohner bürgerl. Häuser sub magistratus loci jurisdictione begriffen/ und selbige als ihre ordentliche Obrigkeit zu respectiren schuldig/ dahero nicht zu ermessen quo jure vorgedachte Herren Doctores und Licentiatus, welche sowohl intuitu incolatus als auch tanquam Advocati huic foro alligiret sind/ von selbigen sich entziehen könten/ ie gewisser/ daß niemand / der sich pro exempto nur angiebt/ so gleich darvor geachtet / sondern vielmehr pro subdito jurisdictionis ordinariæ so lange/ biß er exceptionem utraque parte desuper sufficienter audita erwiesen/ gehalten/ und der magistratus loci bey seiner allgemeinen jurisdiction geschützet werden müsse/ es stehe auch aus denen Landüblichen Rechten nicht zu behaupten / daß die licentia postulandi in superiori judicio, à foro domicilii vel incolatus ordinario befreye/ und endlich daß von ihnen und ihren Vorfahren gegen die unter ihrer jurisdiction wohnende Ober-Amts-Advocatos von Obrigkeits wegen verfahren worden sey/ folgl. sie in poss. vel quasi jurisd. über selbe constituiret wären &c. terminus ad diem 3. Decembr. d. a. præfixus, & citatio impetrata est: cum vero Appellati hunc declinare conarentur,

tur, & Appellantes illorum contumaciam accusarent sequens Decretum d. 4. Dec. d. a. fuit publicatum:

P. P.

Würden Appellanten die Appellaten, und zwar jeden besonders citiren/ und ihnen die Citation eine Sächsische Frist ante terminum behörig insinuiren lassen/ allermassen sie zu thun schuldig/ so sind Appellaten gebührend zu erscheinen/ und auf die Appellations-Justification zu antworten/ verbunden/ oder es wird darauf in contumaciam erkandt was recht ist &c. Sed redeamus ex diverticulo in viam. Ordinis igitur tertii sunt, qui magistratui oppidano subsunt, die dem Rathe verwandt: quo refero Consules, Syndicum, Prætores, Scabinos, Senatores, Actuarios, & qui ipsis sunt à pedibus. Multa de his extant exempla, quorum tria saltem in medium proferam. Actio nimirum superiori seculo contra Consulem Budissinensem, J. Rohrscheit, in puncto selbst angemaster und geführter Wein-Keller-Rechnung instituta fuit, cujus rationibus perlustratis, summa reliquorum ad aliquot millia thalerorum assurgens inveniebatur. Hic coram scabinis quidem civitatis, vi specialis privilegii se sistere ac respondere obligatus erat; sed ipse magistratus causam ad Serenissimum deferebat, ne suspicio oriretur, ac si in causa propria, jurisdictione sua abuteretur, adeoque coram Commissariis à Serenissimo Electore denominatis respondebat, & commissione ista finita, negotium istud ordinarie coram Dicasterio ad colophonem perducebatur. Simile quid contigit An. 1681. cum magistratus Lobaviensis Notarium ab officio Notariatus G. suspenderet, serenissimus enim Elector clementissime rescripsit:

P. P.

Daß G. in seinem Notariat ungehindert gelassen/

der Rath aber zur gebührenden Ausführung wider ihn beym Ober-Amt angewiesen werden solle &c.

Et cum jam dictus magistratus Anno 1682. in puncto jährlich abzulegender Steuer- und Geschoß-Rechnungen memoratum G. ipso absente ab officio senatorio suspendoret, & inquisitionem contra illum institueret, Elector serenissimus d. 7/17. Octobr. d. a. commissionis viam ad causæ decisionem, & quidem coram dicasterio tractandam, elegit ac demandavit. Poro Budissæ An. 1684. Senatus unum collegarum Dn. J. B. ab officio suspendere decrevit, qui tamen facta provocatione in integrum confestim restitutus, Magistratus vero actionem coram dicasterio edere jussus est, ex quo posthæc evenit, ut prælaudatus magistratus contra dictum B. actionem injuriarum coram eodem dicasterio institueret.

§. VI.

ad Tit. II. Part. I. Daß kein Bürger weder in peinl. noch bürgerl Sachen in frembde Gerichte gezogen / vielweniger darinne aufgehalten / sondern an seine Stadt-Obrigkeit remittiret werden soll.

Verba Textus ita se habent:

Extract aus Ihro Kayserl. Majest. Ferdinandi Imi Ober-Gerichts-Conceßion d. d. Prag d. 12. Mart. 1562.

P. P.

Da einiger besessener Bürger aus den Städten in deren von den Land-Ständen Gerichten in maleficischen Verdacht wäre / derselbe soll von denselben eingezogen und solches alsobald derselben Stadt Bürgermeister und Rath zuwissen gethan werden / ihnen in Gerichten zu überantworten / damit durch sie / was recht und billig / erkandt und die Verbrecher oder dieselben Mißhändler zu billiger Straffe gebracht werden. Vielweniger sollen die Land-Stände in civilibus und bürgerlichen Sachen befugt seyn / in Krafft der Ober-Gerichte / die besessenen Bürger aus den Städten oder deroselben Unterthanen / ohne gerichtlichen proceß zu gefängnissen / sondern die Kläger die Beklagter vor ihrer

der ordentlichen Obrigkeit beklagen/ und das Recht zu ihnen begehren lassen/ welches ihnen auch schleunig folgen/ und kein Theil dem andern / an seiner jurisdiction zu Widerwillen Eintrag thun soll/ da es aber nicht geschähe/ soll es nochmahls den Landbrauch nach/ in solchen Fällen/ wie vor Alters in procediren gehalten/ und bey den Land-Voigt / Land und Städten/ oder unser Appellation-Cammer gesucht werden.

§. VII.

publ. pensit. ubi expresse potior tributorum causa dicitur & tacita ipsis hypotheca adscribitur. Berl. *P. 1. Conc. 64. n. 105.* Richt. *d. jure cred. c. 2. m. 5. n. 3.* Neguz. *P. 2. m. 4. n. 125.* Huc merito refero: Geschoß/ Wachgeld/ Steuern/ contribution, *arg L. 1. ubi DD. C. si propt. pens. publ.* & præferuntur hæc creditoribus etiam expressam anteriorem hypothecam habentibus. *L. 4. C. in quibus caus. pign. j. d. l. 1.* Ratio est in *L. 1. C. in quibus caus. pign. tac.* quia nim. bona subditorum pro tributis etiam futuris fisco sunt obligata. Berl. *P. 1. C. 64. n. 104. & 105.* ergo etiam prælationis privilegium ipsis competet. *arg. l. 9. & 11. qui pot. in pign.* Et hoc verum est, licet creditor ante collectam impositam jus pignoris acquisierit. Carpz. *P. 1. C. 28. Def. 48.* à quo tamen dissentit. Berl. *d. l. n. 106. & 107.* Idque obtinere DD. volunt, tam in tributis ordinariis, quam extraordinariis. *arg. l. 1. §. 1. ff. d. leg. præst.* quocunque etiam nomine indigitentur. Carpz. *d. l. Def. 49.* Struv. *Ex. 44. θ. 37. n. 3.* Rationem reddit Hahn. *ad Wesenb. Tit. de priv. cred. n. 4.* quia sc. ex oneribus ejusmodi dependet totius societatis civilis publica conservatio & utilitas. Ampliant DD. hoc jus prælationis ut illud non modo ipsis magistratibus, sed & eorum cessionariis competat. Richt. *d. l. n. 29.* Beuth. *d. prælat. l. 1. c. 11.* & huc referri putant etiam mulctas fisco debitas, quarum causa quidem in jure communi fisco nulla hypotheca concessa videtur. *l. 17. l. 37. de jure fisc.* obstans enim *L. 46. §. 3. ff. eod.* tanquam generalior, ex aliis specialibus legibus est declaranda *arg. L. 80. d. R. J.* Franz. *ad Tit. ff. d. pign. n. 33.* Peregrin. *d. jure fisci l. 5. T. 1. n. 180.* Mev. *ad J. L. P. 3. T. 1. & 12. n. 10.* & DD. communiter, autore Merlino *d. pign. L. 3. qu. 88. n. 7.* qui tamen eidem à tempore sententiæ condemna-

ad verba: und verglei- chen.

demna-

demnatoriæ lata, legalem hypothecam adſcribit, per *L. 2. C. in quib. cauſ. pign. tac. j. l. 3. §. 11. d. pecul.* quod etiam tradit poſt Gloſſ. Peregr. *d. l. n. 182.* & alii apud Lauterb. *d. L. h. §. 3. n. 9.* Carpz. *L. 1. R. 14. n. 15.* Anton. à Mara *d. Conc. Cred. l. 2. T. 6. §. 20.* Plura, & quæ ſtatuta cum noſtris conſentiant, vide apud Salgado de Samoza *in Labyr. Cred. P. 1. C. 7. n. 7. &* Mev. *c. l. n. 12.*

§. XXXV.

Modo hi ſumtus in utilitatem omnium creditorum ſint erogati, quia per erogationem hujus pecuniæ non modo proceſſus abbreviatur, ſed & hæc omnium pariter creditorum commodo cedit. Carpz. *d. Conſt. Def. 50.* modo probetur ſumtus iſtos eſſe factos, daß es beſcheiniget ſey; *L. 22. §. 9. C. d. jure delib.* verb. *approbaverit ſeſe perſolviſſe.* Neque refert, an hæc probatio fiat per teſtes, ſive per quittantias (Belege) ſive per juramentum, vel alio quocunque modo. Beuth. *in Conſult. ſeu reſp. C. 25.* Neque intereſt, pro quibus proceſſus articulis ſumtus fiant v.g. pro citationibus, protocollis, ſententiis, taxationibus, ſubhaſtationibus. Carpz. *d. Conſt. 28. Def. 36.* Pertinet huc ſalarium quoque curatoris litis & bonorum, de quo noſtra ſtatuta infra in verb. und gleich wie des beſtellten curat. bonorum ſalarium. vid. *L. 2. §. f. & l. ſeq. ff. d. Curat. bon. dan.* Hac occaſione quæritur: an in poteſtate ſit judicis, an vero in creditorum arbitrio, curatoris electio? Sane *L. 2. pr. ff. d. Curat. bon.* evincit poſterius, adeo, ut licet non omnes conſentiant, major tamen pars prævaleat; at ſi de majori parte non ſatis conſtet, judex demum illum conſtituere poterit. Mev. *P. 4. Dec. 257.* Salg.

Ad verba: Gerichtsgebühren.

c. l. c. 13. n. 14. seqq. ubi & hoc notat, majorem partem creditorum non dici respectu numeri personarum, sed potius quantitatis eisdem debitæ, per *l. f. C. qui bon. ced. poss.* Poterit etiam contradictoris & curatoris bonorum officium in una persona concurrere, cum & curatores agere atque contra agentes excipere queant. *l. 2. §. 1. & 2. ff. d. Cur. bon.* Præstet tamen curator bonorum cautionem, vel offerat fidejussores de fideli administratione & reddendis rationibus, nisi sit possessionatus. *l. 15. §. 1. ff. qui satisd. cog.* neque vero curatoris bona de jure tacite esse obligata, tradit Salg. *c. l. c. 13. n. 26.* Cæterum pro creditoribus cautela traditur in praxi, ut curatori litis à judice salarium certum constitui curent, cum alias facile accidere possit, ut lis ab eo proteletur, atque hinc plus lucri ex salario contradictori accedat, quam ipsi creditores capiunt. Denique ad has expensas judiciales illud pertinet, quod heres, qui beneficio inventarii hereditatem adiit, eandemque post restituit, impendit. Hahn *ad Wesenb. c. Tit. n. 4.*

§. XXXVI.

Ad verba: des Raths und gemeiner Stadt-Verwaltungen.

Jure civili DD. civitatibus non nisi tacitam hypothecam in bonis suorum administratorum concedunt *L. f. C. qu. ord. quisque conv.* Munoz. de Escobar. *d. ratiocin. administr. C. 39. n. 6. 7.* Rodriquez *d. Conc. Cred. D. 1. Art. 5. n. 1.* In hoc vero jus nostrum statutarium divortium facit, fisco in iis bonis jus prælationis tribuens.

§. XXXVII.

ad verba: Liedlohn.

Jure communi famulis nulla prærogativa ratione mercedis competit. Berl. *P. 1. Cl. 64. n. 66.* Mev. *ad J. L. L. 1.*

A. 11.

A. 11. n. 65. ex ea ratione: quia apud Romanos servi & servæ nullam accepere mercedem, nihilque proprii habuere, sed in dominorum potestate ac patrimonio constituti erant, uti patet ex *Tit. J. & ff. de his qui sui vel alien. jur.* à quo tamen rigore per universalem fere consuetudinem recessum est. Mev. *ad J. L. P. 3. T. 1. A. 1. n. 59.* ex æquissimis rationibus tum Theologicis vid. *Levit. 19. v. 13. Deut. 24. n. 14. Matth. 10. v. 10. 1. ad Tim. 5. v. 18.* tum politicis, Lugo *d. J. & J. D. 2. Sect. 5. n. 82.* Less. *l. 2. c. 15. D. 4. n. 35.* Felician. de solis *Tr. d. Cens. Tom. 2. l. 3. n. 11.* quam sententiam nostrum jus topicum æquissime secutum est. *c. l.* Ut vero hoc privilegio merces gaudeat, requiruntur de jure duo, (1.) ut certa merces fuerit promissa (2.) ut famuli tempore mortis debitoris, vel tempore concursus moti, in ædibus, convictu & servitio ejus reperiantur, hi enim soli domestici dicuntur. *L. 2. §. 14. v. familia. ibi: qui in ministerio sunt ff. vi bon. rapt. L. 1. §. 5. d. publ. & vectig. L. 1. §. 16. & 18. ff. de vi & vi arm.* Neque autem refert, an merces sit saltem unius, an dimidii anni, vel à multis annis residua. Melon. in *lucubr. d. j. pral. P. 2. Cl. 3. n. 1.* in *f.* Cæterum de mercede liberorum, quatenus in concursu parentis prærogativa fruantur, integram Dissert. scripsit D. Harprecht. *d. Salario pro oper. lib. præst. §. 37.*

§. XXXVIII.

Jure communi sumtus funeris omnibus præferuntur creditorum debitis *l. 45. ff. de relig. & sumt. fun. l. 9. C. qui pot. in pign.* Bachov *Tr. de pign. l. 4. c. 11. num. 3.* Ratio consistit partim in ipsa humanitate, quia æquum est, ut terræ corpus reddatur, atque ita quasi operimento matris

ad verba: des verstorbenen Debitoris Begräbnis.

tris obducatur, prout Cicero 2. *de leg.* loquitur; partim in utilitate publica, ne corpora defunctorum insepulta jaceant. *L. 12.* §. *3. l. 14.* §. *7. de relig.* Richt. *de Conc. cred. C. 2. m. 4. n. 8.* Sed hoc jure nostro statutario iterum aliter dispositum, ubi multis postponuntur expensæ funebres.

§. XXXIX.

ad verba: und anderer Nothdurfft.

Huc referunt DD. juris Saxon. electoralis vestes lugubres, fascias sericas, & pepla cognatis, ministris aliisque funus comitantibus data, imo convivia post funus comparari solita &c. Sed hoc jure civili non obtinere, verius est, *L. 37. l. 14.* §. *6. de relig. &c.* Ergo etiam in locis, ubi jus commune valet, nec aliud consuetudine introductum, secundum illud judicandum est. Qui plura de hac materia legere amat, adeat Surd. *d. alim. T. 4. Q. 1. n. 13.* Capyc. *Dec. 26. in f.* Covarruv. *de sponsal. P. 2. c. 3.* §. *9. n. 11.* Rol. à Valle *L. 1. Cons. 10. n. 18.* & in primis Gosvvin ab Esbach *ad Carpz. P. 1. C. 28. Def. 41.* qui affirmantium & Gars. *d. expens. & melior. c. 8. n. 17.* Finckelth. *d. jur. sepult. θ. 62.* Asin. *ad L. 14. ff. d. relig.* §. *3. n. 7.* Berl. *P. 1. C. 64. u. 89.* VVibel. *de jure præl. p. 14.* qui negantium opinionem defendunt.

§. XL.

ad verba: In Classe II. vermöge der allgemeinen Rechte nebst der dinglichen Gerechtigk. ex personali privilegio.

Fit hoc vel ob privilegium quod annexum est hypothecæ tacitæ & expressæ, vel ob modum hypothecæ constitutæ. Stru. *Tit. de reb. auct. Jud. poss. θ. 49.* Ad priorem classem DD. referunt pecuniam militiæ emendæ causa expresse creditam. *Nov. 97. c. 4.* Struv. *d. l.* item (per interpretationem

tationem extensivam) pecuniam ad equestres ordines, ad Doctoratus, Licentiaturæ, Magisterii insignia & beneficia ecclesiastica consequenda erogatam. Beuth. *de prælat. L. 1. C. 56.* & alia pleraque debita, de quibus DD. & Practici. Ad classem posteriorem pertinent creditores, quibus instrumento publico est hypotheca constituta, hi enim præferuntur ei, cui hypotheca privata scriptura concessa. Atque hinc prærogativam habet hypotheca, (1) quæ magistratus autoritate constituta, mit consens der Obrigkeit: *arg. Auth. si quis C. qui pot. in pign. l. f. C. de re jud. l. 10. de probat.* (2) is, qui per instrumentum Notarii publicum rem oppignoratam habet, *arg. l. 11. C. qui pot. l. 17. C. d. fid. instr. Novell. 44. pr. j. Novell. 47. præfat. & c. 1.* (3) Si producatur instrumentum privata debitoris manu scriptum vel ab eo subsignatum, & munitum trium testium subscriptione: *c. l. 11. Nov. 73. c. 1. 2.* Verum in hoc casu Statuta Budissinensia faciunt divortium a jure communi, & nullam admittunt hypothecam extrajudicialem, etiam si coram Notario & testibus esset constituta, aut instrumentum obligationis a tribus testibus subscriptum. vid. *§. 3. Stat. Budiss. hoc Tit. in verb.* Ob auch wohl ferner bey hiesiger Stadt alle hypothecæ und Verpfändungen Gerichtlich geschehen müssen 2c. 2c. hinc in tertia classe extrajudiciales hypothecæ collocantur.

§. XLI.

Vi obseruantiæ & consuetudinis, Budissæ inter conjuges communio bonorum obtinet, & bona a viro & vxore illata, ut & ea, quæ constante matrimonio acquiruntur, fiunt communia, quod ex verbis: sondern sich deducto

ad verba: eine Frau alhier zu ihren dotal- und paraphernal-Güthern nicht greiffen kann.

ære alieno, oder nach Abzug aller Schulden/ als welche Vermöge hiesiger Statuten und alter Gewohnheit/ von beyderseits zusammen gebrachten Güthern und Gelde bezahlet werden/ mit dem vorhandenen dritten Theil beschlagen lassen muß ꝛc. ꝛc. satis apparet; hinc uxor, quoniam cum marito in pari lucro damnoque pari constituitur, dotis prærogativa haud gaudet, sed pro obærato marito etiam ex propriis bonis æs alienum constante matrimonio conflatum, solvere tenetur, & maritus vice versa pro uxore. Id quod a jure communi est alienum, *tot. tit. C. ne uxor pro marito &c.* Etenim illo jure per nuptias contrahitur vitæ, non etiam bonorum societas, adeo ut creditores mariti obærati, bona uxoris non possint occupare pro debito durante matrimonio contracto. Brunneman. *ad L. 1. ff. d. R. N. & ad L. 1. ff. de A. R. A.* etiamsi sciens uxor obærato nupserit. Id. *in Tract. de conc. cred. cap. 5. §. 19.* imo in dote omnibus hypothecariis uxor præfertur. *L. 12. C. qui pot. in pign. Auth. quo jure & Auth. si quid C. eod.* Coincidit tamen jus nostrum statutarium cum jure Saxonico communi in eo, quod inter conjuges, ex illo tempore, quo corpore in thorum convenerunt, so bald sie das Ehe-Bette beschritten/ bonorum communionem inducit. L. R. *L. 1. A. 31. & 45.* Zobel. *Diff. 26. P. 2. n. 1. & 9.* Mev. *ad j. L. L. 1. T. 5. A. 5. num. 14.* DD. autem communiter hanc societatem connubialem distinguunt, in generalem seu universorum bonorum, & in specialem seu bonorum simpliciter sic dictam. conf. Jacob Cooren *in Consil. pag. 83.* Rotenb. *de jure Conj. T. 2. C. 5. num. 12.* In priori, omnia conjugum bona, præsentia & futura, quocunque titulo vel modo honeste quæsita sint,

 commu-

communicantur, ac non modo bona ex opera & industria parta, sed legata quoque ac hereditates. *arg. L. 3. §. 1. ff. pro soc. l. 73. pr. eod.* Lauterb. *in Dissertat. de ære alieno in soc. conj. contr. c. 1. §. 5.* Ad posteriorem vero ea solum, quæ ex quæstu & negotiatione veniunt, pertinere dicuntur, sicque legata & hereditates excludi, *per l. 7. ff. pro soc.* Svarez *de lucro mar. & ux. T. 1. num. 28.* Hinc quæritur: quænam societas jus nostrum topicum intelligat? Regulariter in dubio non universorum, sed bonorum simpliciter eam censeri tradunt, *p. L. 7. ff. pro soc.* Lauterb. *c. l. §. 5. 6. 7.* & Dn. Stryk. *in Dissert. de jur. mar. in bon. ux. c. 1. §. 7.* Ast videtur mihi distinguendum esse, inter nuptias cum, & sine pactis dotalibus initas; huc enim faciunt verba Statuti: so geniesset dennoch eine Frau/ welche vermöge aufgerichteter und vom Rathe confirmirter Ehe-Pacten ihr Eingebrachtes wieder zu sich nehmen kann/ dererselben Rechts-Wohlthaten / die denen Weibern/ ratione dotis & paraphernalium, in denen gemeinen Rechten ausgesetzt seynd ꝛc. In casu igitur priori, universorum bonorum societas constituitur, & sic, quæ de hac supra dicta sunt, locum obtinent; casu autem posteriori illa cessabunt, adeoque uxor bona & dotalia, & quæ præter ea intulit, propria salvaque habebit. Verum etiam respectu maritorum communicationem proprietatis adesse dixerim; Statuta enim nostra *part. 2. tit. 8. art. 1.* hoc modo disponunt: Nachdem ein Mann alhier im Stadt-Rechte sitzet / alsobald nach seiner Verehligung das plenum & perfectum dominium über alle seines Weibes Güther und sämmtliches Vermögen erlanget ꝛc. Exinde apparet, quod inscio marito uxor nihil ex illis queat alienare,

& si quid distraxerit, maritus illud revocare possit, quod iterum juri civili repugnat, quo maritus in paraphernalibus tantum juris sibi non vindicare, nec sibi soli fructus percipere potest, *l. 8. C. de pact. conv. ibique* Brunnemann. Cæterum de eo, an acquisitum, cujus uxor non est capax, etiam commune fiat? plura tradit Chassan. *ad Consf. Burg. Rubr. 4. §. 2. seqq.* & Covarruv. *Tom. 2. var. resol. L. 3. c. 19. n. 4.* Garf. *de Expens. & melior. c. 4. n. 15.* item *in tract. de acquæst. num. 67.* De justitia vero statutorum, quæ communionem bonorum approbant, prolixius egere Gail. *L. 2. observ. 86. n. 15.* Mynsing. *Respons. 52. num. 24.* Mev. *ad J. L. part. 1. tit. 5. art. 5. num. 9.* item *part. 3. dec. 113. num. 3.* a quibus dissentit Costal. *ad l. 1. ff. de don. int. V. & Ux. &* Heig. *L. 1. qu. 30. n. 14.*

§. XLII.

Ad verba: aufgerichteter und vom Rathe confirmirter Ehe-Pacten.

Pacta conjugum de successione, Imperator in *L. 19. C. de pact.* prohibet, adeo ut nec in vim donationis mortis causa valeant, cum pactis hereditates dari nequeant. *l. 5. C. de pact. conv. l. 1. ff. de hæred. petit.* Sicut vero contrarium in tota fere Germania consuetudine introductum est, quod probat Gail. *2. observat. 117. num. 6.* Struv. *S. I. C. Exerc. 30. Th. 19.* Carpz. *p. 2. C. 43. D. 2. n. 6.* cujus exemplum in SS. Bibliis extat *Tob. 7. vers. 16.* ibi: und sie nahmen einen Brief/ und schrieben die Ehe-Stifftung; ita pariter nostra statuta illam sequuntur, &, quod talia pacta tam per modum contractus, quam in vim ultimæ voluntatis confici possint, admittunt. Circa solennitates tamen horum pactorum requirunt judicialem confirmationem, quæ jure Saxonico Electorali arbitrio paciscentium

centium relinquitur. Carpz. *part. 2. cap. 43. dec. 2.* Hæc insinuatio judicialis etiam in omnibus contractibus vi hujus juris nostri requiritur, utputa in donationibus, *P. 2. T. 1. A. 1.* verbis: ꝛc. und wären ihr Lehne gethan / i. e. wäre ihr hierüber etwas geschencket oder vermacht / und dem Stadt- oder Gerichts-Buche einverleibet ꝛc. item *T. 2. A. 2.* verbis: massen denn alle Ehe-Stifftungen und Beredungen dem Rathe zu ihrer Confirmation und Bestätigung übergeben und vorgetragen / ausser dem aber gänzlich annulliret und krafftlos gehalten werden sollen ꝛc. conf. *T. 11. A. 1. & 3.* quod jure civili secus est per *l. 4. de pign. l. f. C. quæ res pign. obligat. poss.* Aliud tamen jure Saxonico communi obtinet. L. R. *L. 1. A. 52.* Rauchbar. *l. 1. qu. 6. n. 14.* ex optima ratione, ut videlicet variis debitorum fraudibus obviam eatur. Mindan. *de mandat. l. 2. c. 71. n. 6. in f.* Possem huc ulterius quæstionem excutere: an quoque pacta dotalia confirmata possint mutari vel alterutrius paciscentium dissensu, vel mutua revocatione? & an alterutri parti liberum sit, iis renunciare & portionem statutariam eligere? sed cum id satis discussum fuerit a DD., L. B. remitto ad D. Sibrandi *Dissertat. de pact. dotal. Rostoch. 1707. hab.* ubi *sect. 3.* tam in affirmantium quam negantium rationes docte inquisivit: latius item de illis egit Dn. Thomas. *in Dissertat. de pactis dotal. ad part. 2. tit. 11. art. 11. juris statutarii Hamburg. sect. 11.* ubi insimul 13 casus, quibus pacta dotalia paciscentes observare non sunt obstricti, recenset. Hoc tantum subjicio: quod si conjuges de futura hereditate disponunt, id citra præjudicium legitimæ parentum fieri debeat: imo licet in pactis subscripserint ut testes, sibi tamen

præjudicasse non censendi. Stryk. *de Caut. Cont. sect. 1. c. 1.* Quod vero pactis post matrimonium initis, communio haud evitetur, negat Wesel. *de pact. dotal. n. 8.*

§. LXIII.

Ad verba: In Classe tertia, quarta, quinta.

In his tribus classibus statuta Budissinensia cum jure communi concordant, quarum *tertia* hypothecarios, jus reale absque privilegio habentes: *quarta* personali privilegio gaudentes: & *quinta* nudos chirographarios exhibet. De singulis prolixius egere Lyserus *in Diss. de graduat. Creditorum*, Carpzovius, Berlich, Richter, Beuther, Gail. & alii permulti, adeoque actum agerem, si singulas singulorum creditorum species huc repetere vellem. Unicum tantum circa tertiam classem in nostris statutis notatu dignum occurrit, quod is, qui inter arestantes primum executionem consecutus est in bona debitoris, cæteris, licet prius obtinuerint arestum, præferatur, verba textus ita se habent: Wobey wegen derer areste zu observiren/ wenn einer zwar einen arest angeleget und prosequiret hat/ solchen aber mit der Hülffe (wie in Part. 1. Tit. 5. versehen) gar nicht bestärcken lassen/ so hat er zwar hierdurch ein dinglich Recht erlanget/ es werden Ihm aber dennoch alle nachgehende arestanten/ so die Hülffe erhalten præferiret und vorgezogen. Hätte auch einer nicht allein ehender einen arest angeleget/ sondern auch zwar die Hülffe/ aber iedoch später/ als der nachgehende arestant erlanget/ so wird dennoch der letztere arestant wegen seiner vigilanz, und daß er mit impetrirung der Hülffe dem vorgehenden arestanten præveniret/ dem ersten vorgezogen. Idem disponit Ober-Amts-Ordnung *P. 4. Tit.* von Verstattung der *areste* §. *5. c. f.*

§. XLIV.

Etenim statuta sunt accipienda, ut, quoad fieri potest, juri communi sint conformia. Gall. *L. 1. obs. 50. n. 8.* Carpz. *P. 3. C. 20. Def. 10.* & ne illud, ubi verba suut dubia & variam admittunt interpretationem, lædatur, *c. quæ à jure de R. J. in 6. l. 14. ff. de LL.* Hinc vera est sententia Bartoli *in l. 9. ff. de J. & J.* statuta non recipere interpretationem extensivam, sed strictissime interpretanda. Mev. *P. 5. Dec. 1. n. 2. & P. 9. Dec. 174. n. 2.* prout litera jacet. Id. *P. 7. Dec. 253. n. 3. seqq.* Tantum namque disponunt, quantum loquuntur, non plus præsumunt. DD. Reinking. *de reg. sec. & eccles. L. 2. Cl. 2. c. 18. n. 24.* Mar. Giurba *Decis. 8. n. 7.* Propterea nec de loco ad locum Mev. *P. 2. Dec. 30. n. 4.* nec de casu ad casum, id. *ib. Dec. 39. n. 10. seq.* extendenda, sed quæ non sunt expressa pro omissis habentur. *l. 99. & ibi DD. ff. d. V. O. l. 64. §. 9. ff. sol. matrim.* & pariter ex communi jure deducenda. *L. 6. de cond. causa cap. pen. X. de jurej.* Ratio deprehenditur in *L. 14. ff. de LL.* sc. jus novum ac singulare non trahendum esse ad consequentias. Plura congessit Alphonsus Villegut *in Tr. de extens. LL. rubr. de extens. statut. f. 137.* Mascard. *Tr. de generali statut. interpret.* Joh. Gutierez *L. 4. pr. qu. 8. n. 39.* Alphons. de Azeved. *in Const. Hisp. L. 2. T. 3. n. 16.* Lauterb. *Concl. for. Ex. 1. Th. 2.* Carpz. *P. 3. C. 20. Def. 10. n. 6.* Interim res est expedita, quod per jura communia intelligantur jura Romana, seu nostrum corpus juris civilis; siquidem hoc publica autoritate est receptum. conf. Constitut. VVormat. Maximiliani I. Imp. *de An. 1495. Tit.* von denen Gotteslästern ibi: Demnach Kayser Justinianus unser Vorfahr zu mehrer Nachfolge und Ehre Gottes und der Menschen Heyl die Ge-

ad verba: verbleibet es bey denen gemeinen Sächsischen und Kayserl. Rechten.

setz-

setze männiglich zu halten/ ernstlich vermahnet und strengiglich geboten hat; & deinde: und ehegenannten unsers Vorfahren Satzungen Geboth und pœn leyder von vielen Menschen überfahren worden/ add. Lehm. *L. 4. Chron. Spir. c. 21. p. 337.* in f. Ord. Cam. de An. 1500. §. ordnen/ setzen/ ibi: nach laut gemeinen beschriebenen Kayserl. Rechten it. Const. Maxim. de An. 1512. R. J. de An. 1654. Et in Ord. Jud. Aul. T. 7. expresse sancitum: daß das corpus juris civilis und canonici allezeit auf der Reichs-Hofraths-Taffel seyn soll/ damit man sich derselben gebrauchen könne. Fuere qui aliter senserunt, quos vero satis convicit Struv. *Ex. 11. Th. 33.* Conring. *de orig. jur. germ. c. 33. p. 213.* & Stryck. *in Diss. prælim. ad us. mod. §. 24. seqq.*

§. XLV.

Ad verba: als wird Kaysers Rudolphi II ergangenes Rescript.

Imperatoris hujus gloriosissimæ memoriæ Rescriptum sequentis est tenoris.

Rudolph der andere rc.

Ehrsame/ lieben Getreue wir haben euern gehorsamsten Bericht so ihr uns vor diesen/ auf weyl. Euers gewesenen Mitbürgers Hanß Materns nachgelassener Kinder und Erben suppliciren ihrer Verweigerung der Abzahlung der väterlichen Schulden von dem Mutter Theil und Verlassenschafft zukommen lassen/ mit Gnaden angehöret und die Sachen in nothdürfftiger Erwegung gehabt; Demnach denn aus solchen Euern Bericht so viel erscheinet/ daß Ihr Euere Statuten und alte hergebrachte Freyheiten und Gewohnheiten/ vermöge welcher zu iederzeit/ und von undencklichen Jahren her üblichen gehalten worden; daß in dergleichen Fällen wenn sich 2. Ehe-Leute mit einander vererben und keine sonderbahre Eheberedung oder Testament/ wie es mit eines ieden Vermögen und eingebrachten Guth auf den Todesfall gehalten werden soll/ aufrichten/ daß von ihrer

beeder.

beederseits zusammen gebrachten Güthern und Gelde die Schulden bezahlet werden müssen; Also lassen Wir es auch auf gehabte Erwegung/ wofern die Sachen also beschaffen/ darbey verbleiben/ und Ihr werdet derwegen die Parthen der Gebühr nach zu bescheiden wissen/ wollen Wir Euch zur Antwort in Gnaden nicht vorhalten/ und ihr verbringet hieran unsern gnädigsten Willen und Meynung. Geben auf Unsern Königl. Schloß Prag den 16. Aug. An. 1598. Unserer Reiche des Römischen in 15ten des Hungarischen in 18ten und des Böhmischen auch in 15ten.

§. XLVI.

In toto hoc titulo tractatur de successione uxoris post obitum mariti. Scil. consequitur fœmina ex bonis mariti, pro portione statutaria, tertiam partem, itemque arrham sponsalitiam & quæ per donationes vel legata acquisivit; liberi vero capiunt duas partes, & his deficientibus, proximi mariti prædefuncti agnati & agnatæ *d.T.A.2.* si modo nec pacta dotalia nec testamentum adsit, quippe quæ statuto derogant & præprimis inspicienda. Ergo nostro jure statutario, his casibus non respicitur ad dotem, neque ad donatiouem propter nuptias. Jure civili veteri, successio conjugum erat incognita, quod angusti ordines succedendi in LL. XII. Tabb. præscripti demonstrant. Mund. *Vol. 1. cons. 3. n. 3.* Suos enim & agnatos solum vocabat; Jure vero civili noviori sive prætorio, & constitutionibus Principum ordines hi laxati & coujuges admissi sunt: successor enim erat maritus suæ uxoris, & hæc illius, ubi per in manuum conventionem seu cöemtionem, mulier materfamilias facta, uxor filiæ, maritus patris locum manciscebatur, & hinc mutuæ successionis jura consequebantur. Brisson. *de rit. nupt.* Rosin. *antiq. roman. l. 5. c. 37.* Ulpianus *in fragm. T.*

Part. II. Tit. 1. Art. 1. ad verba: ein jeglich Weib soll haben in alles ihres verstorbenen Mannes Güthern einen dritten Theil.

22. §. 12. Abolitus vero eſt cöemtionis ritus & hinc dependens ſucceſſio, data à Prætore bonorum poſſeſſioue, ex capite unde vir & uxor. vid. quæ tradit Cypræ *de ſponſal. c. 5. §. 14. n. 3.* Hillig. *ad Donell. L. 9. c. 1. lit. k.* Sed & Prætor non indiſtincte rationem habebat conjugum, verum tunc ſaltem, quando nec agnati aderant, atque ſic demum conjuges potiori jure præ fiſco admittebat. Hoc Prætoris edictum æquitate ſubnixum, confirmarunt Imp. Theodoſ. & Valentin. *l. 1. C. unde V. & U.* imo & Conſtantinus Imperator, liberalitatis imperialis ſocium ſeu conſortem, fiſco in ſucceſſione præferri voluit. *l. un. C. ſi liber. Imp. ſoc. ſine hæred. dec.* & parile deprehendimus in Naviculariis, Decurionibus, Cohortalibus, Fabricenſibus, Clericis, quorum collegiorum membra, nullo legitimo herede exiſtente, excluſo fiſco, defunctis ſuccedebant. *t. t. C. de hered. Decur. L. 20. C. de Epiſc. & Cler.* Peregrin. *de jur. fiſci L. 4. Tit. 3. n. 8.* Hanc ſucceſſionem conjugum in melius reformavit Imp. Juſtinianus *No. 53. c. f. Nov. 117. c. 5. Nov. 127. & Auth. præterea C. unde V. & U.* Richt. de *ſucceſſ. ab inteſt. ſect. 4. membr. 1. n. 3. ſeqq.* ita ut ſi ſuperſtes conjux ſit inops, & præmoriens locuples, iſte quartam, vel pro numero liberorum, portionem filialem, capiat. *cit. N. 53. c. 6.* Sed noſtra jura ſtatutaria circa hanc ſucceſſionem immane quantum á LL. Juſtinianeis divortium faciunt, atque non ſine ratione. Suadet enim æquitas, conjugi ſuperſtiti in caſu ſoluti matrimonii proſpicere, & alterutro certum quid e bonis alterius aſſignare, tum in compenſationem laborum ac moleſtiarum, quas variæ matrimonii viciſſitudines ſecum trahunt, tum ut haberet ſuperſtes poſt mortem alterius, quo honeſte ſe alere poſſit, nec ſocius ſociave olim thori ac vi-

tæ,

tæ, in prædefuncti dedecus vivat. Gail. *II. Obſ. 124.* conf. D. Schröt. *Diſſ. de port. Conj. ſtatut.* ubi quæſtiones : cujusnam loci ſtatuta ſint attendenda? it. an Clerici ſe eximere poſſint? & quæ alias circa hanc materiam in praxi occurrere ſolent, docte diſcuſſit.

§. XLVII.

Jure civili donatio inter conjuges conſtante matrimonio facta, regulariter non valet. *L. 1. & 2. & t. t. ff. & C. de don. int. V. & U.* cujus rationes deprehenduntur in *L. 1. 2. & 3. ff. d. t.* usque adeo, ut per ſubſequentem traditionem, nec dominium, nec uſucapiendi conditio in donatarium transferatur. *L. 3. §. 10. L. 7. §. f. ff. L. 18. & 20. C. d. t.* ſed rebus donatis adhuc extantibus, donanti detur vindicatio. *L. 5. §. f. L. 55. ff. eod. illis* bona autem fide conſumtis, condictio ſine cauſa *L. 5. §. f. L. 9. C. d. t.* & mala fide conſumens donatarius, ad exhibendum obligetur. conf. Eckold. *ad h. t. §. 4.* Qui vero caſus ſint excepti, tradit Mejer *C. J. A. Tit. de jur. dot. Th. 6.* inprimis de donationibus, quæ fiunt ſtrenæ loco, zum heil. Chriſt/ Neuen Jahre/ Jahrmarckt/ Angebinde/ an Geburths- und Nahmens-Tage/ vid. Mev. *ad J. L. L. 1. T. 6.* Aliud noſtro jure locali diſpoſitum, quo ſcilicet donationes conſtante matrimonio factæ & actis publicis inſinuatæ, pronunciantur validæ : cum quo concordat jus Saxonicum commune. vid. Gloſſ. *ad Text. germ. LR. L. 1. A. 31.* Qui plura hac de materia legere amat, evolvat D. Boſſeck. *Diſſ. inaug. de donat. quæ fiunt inter Conj. hon. cauſa* Carpz. *P. 2. C. 13. D. 16. & C. 12. D. 22.* it. VVillenberg. *Diſſ. de oneribus matrimonii Ged. 1702. hab. ubi c. 3. §. 7. & 8.* diſquirit : an veſtes à marito datæ præſumantur

ad verba: und wären ihr Lehne gethan.

N 2 tur

tur donatæ? itemque cujusnam pretii vestes maritus uxori comparare debeat?

§. XLVIII.

ad verba: d.T. Art 12. Doch also/ daß die Mutter solch angestorben Gut ihren andern Kindern nicht entfrembde.

Sic itaque uxor superstes post obitum mariti tertiam partem suam lucratur, eandemque propriam sibi habet & de ea pro lubitu disponere potest: Si vero unus ex liberis moriatur, ejus hereditas & portio quidem etiam matri defertur, hac tamen restrictione, ut illam liberis cæteris integram servet, nec ad extraneum devolvat, atque hinc vel coram tutoribus vel coram scabinis illam liberis suis assignare eisque legitimo modo cautionem præstare necesse habet, juxta verba statuti: **Hat auch die Frau Kinder und erstirbet deren eines oder mehr/ deren angeerbtes väterl. Guth soll der Mutter in den Schoß fallen/ doch also daß die Mutter solch angestorben Guth ihren andern Kindern/ als des verstorbenen Kindes leibl. Geschwistern nicht entfrembde/ sondern sie soll dasselbe gedachten Kindern vor Gerichte oder ihren Vormündern also versichern/ daß sie daran ein Gnügen haben können.**

§. XLIX.

Art. 6. d. T. ad verba: jure repræsentationis.

Collaterales legitimi, fratres & sorores ab utroque latere defuncto juncti, jure civili succedunt vel soli in capita, exclusis unilateralibus, *Nov. 118. c. 3.* vel cum fratrum aut sororum germanarum liberis in stirpes, jure repræsentationis. Quod æque statuta nostra sequuntur: Jure vero Saxonico communi, in linea collaterali, fratrum filii à Thiis excluduntur. *LR. L. 1. A. 27.* Stryck. *de Succ. ab int. Disp. 3. c. 3. §. 3.*

§. L.

Si uxor ante maritum moriatur, hic omnium bonorum, quæ antea sua fuere, & quæ uxor habuit, consequitur duas partes, tertiam liberi; His autem deficientibus, & hæc tertia pars ad maritum pertinet, adeo, ut uxoris prædefunctæ cognatis ne tantillum quidem extradere teneatur, nisi in pactis dotalibus confirmatis conjuges aliud disposuerint. *Art. 2. c. f.*

ad T. II. A. 1. stirbt einem Manne sein ehel. Weib.

§. LI.

In nuptiis minoris, sub cura degentis, jure civ. haud requiritur consensus curatoris. *l. 8. C. de nupt. l. 20. de ritu nupt.* quia curator non personæ, sed rebus datur. Gentil. *de nupt. l. 4. C. 14.* bene tamen tutoris consensus necessarius est. *l. 1. C. de nupt.* cum tutor personæ detur, ideoque quod ab ea agitur, à tutore probari debet. Beust. *de sponsal. c. 21.* idem in agnatis minorum obtinet; *l. 20. C. de nupt.* In priori casu recedit nostrum jus à jure civili, & contrarium statuit; in posteriori vero illud sequitur, in verbis: Verlobet sich einer mit einer Jungfrau/ die ihres Altes 25. Jahr nicht erreichet/ ohne ihrer Eltern/ Vormündern/ oder/ wo sie deren nicht hat/ ohne zweyer ihrer älteste Freunde Wissen und Jawort/ der soll von seiner Vertrauten Güthern nichts zu gewarten &c. nisi ultra annum. 25. duraverit matrimonium, tunc enim licet marito, uxori quartam bonorum suorum partem, sive tres & pauciores, sive nulli existant liberi existaut, quando vero plures quam quatuor liberi adsunt, portionem filialem, vel per modum ultimæ voluntatis, vel per donationem, assignare.

ad Tit. III. wider die heimliche Ehegelöbnisse.

§. LII.

ad verba: und ihres Gefallens zusammen zu koppeln.

Admonet hic articulus pastores ecclesiarum, ut prospiciant, ne suspectas personas absque legitima inquisitione conjungant. conf. Joh. Georg. I. El. Sax. *Ordin. matrim. de An. 1624. punct. 5. rubr.* von der *Copulation* und Hochzeiten & Joh. Cabassutius *in Theoria & praxi jur. canon. l. 3. c. 20. n. 2.* Imo caveant quoque, ne peregre advenientes & ignotos, antequam à magistratu vel pastore loci, ubi vixerunt, testimonium vitæ suæ exhibeant, ad copulationem admittant, si secus fecerint, pœna vel pecuniaria vel suspensionis digni erunt, velut hunc in modum potentissimus noster Rex & Elector rescripsit:

Friedrich Augustus/ König und Churfürst &c.

Vester/ Rath/ lieber getreuer; Uns ist aus Euerem gehorsamsten Berichte/ gebührend vorgetragen worden/ was massen der Pfarr zu Goldentraun/ Johann Georg Knobloch/ sein Unternehmen/ wegen eines Grußauischen Amts Unterthanens aus Schlesien / Nahmens Jeremias Wenrichs/ mit einer ledigen Ihm in tertio gradu affinitatis Verwandten/ vorgenommenen Trauung/ zu excusiren vermeinet/ und dabey/ daß auch in Schlesien/ von dasigen Pfarrern die Ober-Lausitzischen Unterthanen angenommen und getrauet würden/ angeführet. Dieweil denn nun dem Pfarrer nicht gebühret/ auswärtige und frembde Personen/ ohne gnugsam Zeugniß und Erlaubniß des ordinarii und sonder proclamation, zu copuliren/ auch dessen übriges Anführen von keiner Erhebligkeit ist;

Als wollet Ihr obgedachten Pfarrer/ wegen dieses excessus, mit der suspension ab officio & reditibus, auf 3. Monathe bestraffen/ und die actus ministeriales inzwischen durch die vicinos, welchen vor Ihre Mühe die Einkünffte zu reichen/ verrichten

richten lassen/ auch der Geistligkeit ingemein/ sonderlich denen/ so an den Gräntzen wohnen/ durch ein generale, daß sie sich diesem Verboth gemäß bezeigen sollen/ auferlegen. Hiernechst haben wir/ wegen derer Exempel / da in Schlesien/ Ober-Lausitzische Unterthanen getrauet worden/ bey Ihrer Maj.: dem Kayser/ auf eine Gleichheit und mithin dahin angetragen/ die gemessene Verordnungen behöriger Orthen nachdrücklich ergehen zu lassen/ damit eines theils die excedenten zur verdienten Straffe gezogen/ andern theils aber dergleichen verbothene copulationes, ohne Vorzeigung des gewöhnlichen Erlaubnis-Zettuls des Ordinarii loci, führohin fürzunehmen/ denen an den Lausitzischen Gräntzen/ in Böhmen und Schlesien wohnenden Pfarrern nachdrücklich inhibiret werde. Möchtens Euch/ deme Wir mit Gnaden gewogen/mit remission der Actorum nicht verhalten/und es geschiehet daran Unsere Meynung. Datum Dreßden/ am 30. Oct. Anno 1713.

Bernhard Zech.

Christian Bernhardi.

§. LIII.

Per *Novell. 118. c. 3.* mortuo fratre, relictis fratris sui vel sororis suæ bilateralis liberis, hi soli capiunt defuncti hereditatem, exclusis unilateralibus; nostra autem statuta negativam definiunt hoc articulo, tum quia hoc per immemoriale tempus observatum, & ab Imp. ac Marggraviis hujus Lusatiæ perpetuo ita pronunciatum, tum quia ab iisdem quoque expresse hoc sancitum & magistratui, ut hanc observantiam in posterum tenerent, injunctum est.

ad T. 4. P. II. daß eines Verstorbenen Halbgeschwister.

§. LIV.

§. LIV.

ad Tit. 6. von Heer-Geräthe.

Jure Saxonico communi inter solos nobiles res expeditoriæ frequentantur. LR. *l. 1. art. 27. vers.* ein ieglicher Mann / der von Ritter-Art nicht ist / und dem der Heer-Schild nicht zustehet / der lässet hinter ihn Erbe zu nehmen ꝛc. item Coler. *part. 1. dec. 42. num. 3. & dec. 203. num. 21.* ubi ait: Weil nach Sächsischen Rechten Bürger und Bauer kein Heer-Geräthe lassen ꝛc. Sed in permultis locis observantia contrarium introduxit, teste Col. *P. 1. D. 42. & 203.* Carpzov. *Part. 3. C. 38. def. 24.* quod etiam Budissæ obtinet; Cæterum jure communi ad res expeditorias pertinent (1) Viri defuncti gladius, (2) equus instructus, (3) optima defuncti armatura, (4) vestis ab optima secunda, (5) culcitra militaris, (6) mappa & manile, (7) duæ patinæ, (8) ahenum & Climacter; Nostra vero statuta in nonnullis ab hoc recedunt & sequentia inter res expeditorias referunt: (1) in genere: allen Harnisch und Wehren so der Mann gehabt/ (2) alle männliche Kleider/ (3) alles Silber-Geschmeide/ zu Mannes-Zierde gemacht/ iedoch daß das Silber über zween Marck nicht habe/ (4) ein Schrein oder Kasten/ (5) ein Spann-Bette/ bereitet mit zween Betten / nebst denen besten zween Lein-Lachen/einem Küssen/ einem Haupt-Pfühl/ ein Tisch-Tuch/ zween Hand-Tücher / ein Stuhl-Küssen und ein Banck-Pfühl; præter equos, qui alias inter expeditorias numerantur. De his Carpzov. *P. 2. C. 3. D. 12. 13.* notat: quod a tempore elapsi trigesimi, intra annum & diem regulariter præscribantur.

§. LV. No-

§. LV.

Notum est ex jure, quod gerada dividatur in ordinariam, quæ est uxorum atque cognatarum, & extraordinariam, quæ est clericorum & maritorum. De priori & quidem cognatarum loquitur nostra nomothesia, & fundatur in L. R. *L. 3. Art. 38.* diciturque vulgo **die Nifftel-Gerade.** Multa de hujus geradæ speciebus extant præjudicia atque responsa apud D. Philipp. *in Synops. Institut. Justinian. L. 3. T. 9. p. m. 165.* Sed nostrum jus topicum in plurimis recedit, & modo sequentia ad illam refert (1) **der Frauen allerley Kleider (ohne was von Perlen daran behafft oder von silbernen Spangen)** (2) **alle Schleyer/ die sie gebraucht und getragen/** (3) **ein silberner Gürtel/ der über zwo Marck Silber nicht hat/** (4) **das beste Perlen-Bändgen oder Schnure/ doch daß solches über 16. Rthlr. nicht werth sey/** (5) **das beste silberne Haar-Band/** (6) **ein Schrein oder Kasten/ und eine Lade/** (7) **ein Spann-Bette mit zween Leinlachen/ ein Küssen/ ein Haupt-Pfühl/ ein Stuhl-Küssen/ und ein Banck-Pfühl/** (8) **ein Tisch-Tuch/ und zween Hand-Tücher/** (9) **die beste Kaute oder Deck-Lack/ und die besten Zwey-Wochen-Leilach.** Quæ præter has enumeratas res deprehunduntur, sine discrimine ad res hereditarias pertinent, & quæ haud adsunt, illæ nec parari, neque tradi debent

ad Tit. 7. von der Gerade.

§. LVI.

Maritus jure civili uxoris curator esse nequit, *L. 2. C. qui dar. tut. l. 14. ff. de cur. fur. l. 4. & 17. C. de excus. tut.*

ad Tit. 8. Art. 1. vom ehelichen

und andern Vormundschafften. *tut.* §. *19. J. eod.* quod jure Saxonico communi secus se habet, L. R. *L. 3. Art. 45. ibi:* der Mann ist seines Weibes Vormund so bald sie ihm zur Hand getrauet ist. Quæ tamen necessitas curatoriæ autoritatis ad actus tantummodo judiciales restringitur, relicto in cæteris mulieris arbitrio, extra judicium de rebus suis disponendi; nostra vero statuta hanc distinctionem rejiciunt, *cit. artic.* & marito plenam atque perfectam facultatem in omnibus & singulis uxoris bonis addicunt, adeo, ut is curatorio speciali haud opus habeat, sed in judicio & extra illud absque speciali curatorio, aut cautione rati, uxoris negotia pertractare, imo ipsius nomine jurare possit; Negat hoc quidem Sezerus *de juram. L. 4. C. 3. n. 34.* sed affirmativa in nostris statutis est fundata.

§. LVII.

ad Artic. 2. verba: Wie des förderlichsten ein Weisen-Gerichte zu bestellen.

Hoc judicium pupillare amplissimus Senatus, haud ita pridem bene constituit, imo ordinationem pupillarem eine Weysen-Amts-Ordnung / typis publicis excudi curavit, quæ in plerisque bibliopoliis reperitur, & utique magnam per id meretur laudem.

§. LVIII.

ad Tit. 10. von Testamenten.

Satis nota est distinctio testamentorum, in judicialia & extrajudicialia; nostrum vero statutum posteriora in totum rejicit, adeo, ut, si aliter quis fuerit testatus, nullum sit ac irritum testamentum. Hinc Budissæ firmiter haud testaberis, nisi coram Prætore, Scabinis & Actuario, vel iis, quos Consul aut Prætor ablegat. Potest vero testator vel oretenus ipsis præsentibus voluntatem suam declarare,

clarare, vel illam in ſcriptis conſignatam iisdem tradere, ut in curia deponatur. Plura de his teſtamentis, vide ſis apud Struv. *Ex. 32. θ. 9.* Phil. *Ex. 2. Eclog. 48.* Neque tamen Budiſſæ teſtamentum per procuratorem inſinuari poteſt: in quo noſtra ſtatuta cum jure communi conveniunt, quod ſcil. teſtator ipſe, & non per alium iſtud offerre debeat, ne per intermediam perſonam fraus committatur. Carpzov. *P. 3. C. 3. Dec. 23.* Berl. *P. 3. C. 4. n. 31.* Nil autem intereſt, an diebus feriatis, aut etiam noctu, teſtamentum hac ratione inſinuetur: *per l. 5. §. utrum. ff. qui teſt. fac. poſſ.* Nonnulli hoc ultimo caſu tria luminaria accenſa requirunt; ſed quod illa non ſint neceſſaria, tradit Stryk. *in Diſſ. de Teſtament. ad l. 2. §. 6. ff. qui teſt. fac. poſſ.* Manz. *de Teſtam. valid. & inv. T. 4. qu. 5. ſeq.* Equidem *L. 8. C. de fer.* omnes actus, tam publicos quam privatos, in feriis, maxime divinis, quieſcere debere, præcipit; ſed hoc intelligendum eſt de actibus jurisdictionis contentioſæ. Brunnemann. *ad c. l. 8. & ad T. ff. de fer. quæſt. 5.*

§. LIX.

Jure civili contractus emtionis venditionis ſolo conſenſu abſolvi, patet ex *§. un. J. de oblig. ex conſ.* & ſcripturam facilioris probationis cauſa intercedere, probat *l. 4. ff. de pign. l. 4. ff. de fide inſtr.* niſi expreſſe deſuper partes pactæ fuerint *l. 17. C. de fid. inſtrum.* Huic aſſentit jus Saxonicum, Carpz. *P. 2. C. 33. D. 12.* Noſtrum vero jus locale, hos contractus pro validis haud agnoſcit, niſi (1) emtor ſit in numerum civium allectus (er ſoll Bürger- ad Tit. II. Art. 1. von Verkaufung unbewegl. Güther.

Recht haben) (2) venditor coram judicio dominium emtori resignet (er soll es vor gehegter Banck aufnehmen) (3) pretium intra annum & diem solvendum constituatur, (4) contractus a duobus fidejussoribus, qui de evictione præstanda cavent, iisque civibus & possessionatis, subscribatur, & (5) ipsum emtionis instrumentum actis publicis (dem Kauff-Buch) inseratur. Rationem suppeditat ipsum statutum in medio hujus articuli, scil. ut lites, quæ circa instrumenti defectum sæpius oriri solent, omnisque fraus eo facilius evitetur.

§. LX.

ad T.11.A.3. Nachdem sich auch ereignet / daß ledigen Gesellen und Jungfrauen

De filiisfamilias pupillis & minorennibus, agit hic titulus, prohibetque omnes cum illis celebratos contractus, adeo ut si tales absque consensu parentum, tutorum ac curatorum confecti fuerint, pupilli & minores non obligentur, nec conveniri possint: Inprimis hoc probe observandum mercatoribus, oenopolis, cupediariis, sartoribus &c. de quibus plura congessit Wissenb. *ad Tit. ff. de SCto Mac. Th. 27.* Struv. *ad eund. Th. 52.* Verba statuti sunt clara: **Es soll weder dem Schneider zu seinem Macher-Lohn / noch dem Kramer zu seiner Schuld verholffen werden:** De justitia hujusmodi statutorum, conf. *C. I. A. Tit. de autor. Tut.* & rationem exponit Perez. *ad Tit. C. de aut. præst. n. 3.* Franc. Sarmient. *de redit. eccles. p. 1. c. 2. n. 16.* Surd. *Dec. 70. n. 23. & Dec. 108. n. 7.* Quomodo vero supradicta regula in statuto nostro limitari queat, tradit Eckold. *ad SCt. Maced. §. 4.* Zanger. *de Except. P. 3. C. 12.*

§. LX. Ple-

§. LXI.

Plerisque in locis Electoratus Saxoniæ & permultis aliis civitatibus, licitum eſt incolis, præter opificium, mercaturam &c. jus braxandi exercere, Budiſſæ contrarium obtinet: ibi enim quilibet civium vel prius, vel poſterius omittere neceſſum habet. Præterea certus eorum, quibus jus braxandi conceditur, eſt numerus, qui contra reliquos concives jus prohibendi habent: nec permiſſum eſt forenſibus citra conſenſum magiſtratus & confeſſionem precarii, ex pagis cereviſiam aut vinum intra mœnia inferre, niſi in poſſeſſione vel quaſi libertatis ſint conſtituti, de quibus ſequens reſcriptum regium notandum.

ad P. 2. T. 9. von Treibung bürgerlicher Nahrung und Gewerbe.

Friedrich Auguſtus/ König und Churfürſt ꝛc.

Veſter/ Rath und lieber Getreuer. Bey Uns haben die bey letztgehaltener extraordinair-Landes-Verſammlung anweſende Stände von Lande des Engern und theils des weitern Ausſchuſſes/ in beyden Creyſſen Unſers Marggraffthums Ober-Laußitz/ allerunterthänigſte Beſchwer geführet: Daß wenn ſie zu Ihren oder Ihrer officianten/ und andere ſich in Budißin aufhaltende Adeliche Perſonen/ zu Ihren Mund- und Tiſch-Truncke/ Bier vom Lande in die Stadt bringen/ auch die acciſe davon entrichten ließ/ der Rath ſolches nicht anders/ als precario hinein paſſiren laſſen/ auch dieſerwegen ebenfalls/ wie des Weins halber/ iedesmahl einen Bitt-Schein/ oder confeſſionem precarii haben wolte; Wordurch aber Sie Ihre officianten/ und daſelbſt ſich aufhaltende von Adel/ in Ihrer poſſeſſione vel quaſi libertatis, dabey Sie doch von Unſern Chriſilöblichen Vorfahren an der Chur/ durch unterſchiedene deciſiv reſcripta und Vorſorge von 17. Januar. 1659. 25. Januarii 1660, 29. April.

1663. 1. Febr. 1666. $\frac{1}{11}$. Martii 1689. und $\frac{12}{22}$. Septembr. 1689. von Zeit zu Zeit manuteniret worden/ gekräncket werden wolten.

Ergehet dannenhero hierauf Unser gnädigstes Begehren/ Ihr wollet erwehnten Rathe nachdrückl. anbefohlen/ daß denen angezogenen Verordnungen zu Folge/ Er die Land-Stände und deren Mittels Freunde/ auch officianten/ und andere in der Stadt wohnende Adeliche Personen/ bey deren habenden libertät/ und bestätigter possess vel quasi, den Mund- und Tisch-Trunck/ an Wein und Bier zur eigenen Hauß-Nothdurfft (iedoch daß hingegen diese geziemende Maaß desselben/ nach Gelegenheit eines ieden familie, nicht überschreiten/ und etwa mit Verlaß- und Verzapffung des Geträncks/ an die Bürger und Handwercks-Leuthe/ denen privilegiis der Stadt keinen Eintrag thun) einzuführen geruhig unturbiret/ auch sothanen Tisch-Trunck/ gegen einen blossen Ansage-Zettel und Entrichtung der accise, ungehindert passiren/ auch übrigens Ihren Raths-Keller also versehen lassen solle/ daß Frembde und Einheimische iederzeit gegen billiche und proportionirte Bezahlung einen gerechten Trunck von Wein und Bier darinne finden/ und destoweniger dergleichen einführen zu dürffen nicht begehren mögen. Daran &c. Und &c. Datum Dreßden am 29. Februarii 1708.

Egon F. zu Fürstenberg

O. H. Fr. Hr. von Friesen.

Christian Brnhardi.

Parile rescriptum *Anno 1640. d. d. 27. April.* Elector gloriosissimus b. m. ad instantiam reverendæ Abbatissæ cænobii Marienstern edidit: daß der Abbatißin von Marienstern/ vor sich und die Ihrigen bedürffendes Bier aus dem Kloster Marienstern nacher Budißin passiret werden solle &c. quod tamen intelligendum: gegen einen Ansage-Zettel/. Harum schedularum

rum amplissimus magistratus Anno 1708. octo volumina collegit, & tunc temporis numerus ultra 2800. excrevit.

§. LXII.

Vide hac de materia die Brau-Urbar-commissions acta *Vol. VII. fol. 124.* ubi reperitur: Bericht welchermassen zu Budißin mit dem Mätzen und Brauen gebahret und umgegangen wird *d. d. 14. Sept. 1604.* it. *eod. Vol. fol. 149.* das Ober-Lausitzer Schütt- und Gießwerck über die Biere. *de d. 10. Sept. 1604.*

ad P. 3. Art. 3. vom Brauwesen.

§. LXIII.

ad Art. 10. von verbotenen Spielen.

Veluti in omnibus nostra statuta ad civium & incolarum salutem tendunt, ita pariter in eo, quod ludos in totum prohibeant, laudabiliter disponunt. Ludi enim plerumque fiunt luctuosi *l. f. C. de aleator.* & eorum effectus est injuria, *c. l. f. arg. l. 59. §. f. pro soc.* imo illi sunt pessima prodigalitatis organa, quibus tota patrimonii substantia perdi potest, furtis quoque, blasphemiis, rixis, homicidiis aliisque criminibus occasio præbetur. Hahn. *ad Wesenb. Tit. de aleat. in f.* quapropter vi nostrorum statutorum, victor pecuniam ludendo partam perdit & simul cum hospite receptatore arbitrarie punitur. Qui plura cum de his, tum de permissis ludis legere amat, evolvat Eckold. §. 2. *ff. de aleator.* Struv. *Exerc. 15. Th. 57.* Carpz. *L. 6. Resp. 96.* Scacc. *de commerc.* §. *1. concl. 1. n. 105.* Lauterb. *Concl. for. exerc. 21. concl. 7.* Gregor. Sayrum *in clav. reg. Cæs. libr. 11. cap. 12. n. 4.* Navarr. *in manual. confess. cap. 29. num. 9.* & apprime B. Lehmanni *Tr. de variis ludendi gener. eor. jur. Budiss. 1680. ed.* Tantum hac vice in medium proferre libuit. Ubertas materiæ ad plura scribenda præbuit occasionem; ast

aſt limites diſſertationis academicæ exceſſiſſem. Vaſtum hunc oceanum aliis relinquo, vel in aliud tempus reſervo, ſufficiat jam fretum hoc leviter trajeciſſe. Meliora me docentem, quam quæ hic continentur, lubentiſſime ſequar: etiamſi enim alterum pedem in tumulo haberem, non pigeret aliquid addiſcere, quod pridem dixit Pomponius *in L. 20. ff. de fideic. libert.* Anchoram itaque hic figo, & cum, propitio divinæ auræ afflatu, in portum me delatum videam, ſacro ſanctæ Triadi pro conceſſis ubique viribus ſempiternas perſolvo grates Alme DEUS, qui cuſtodire ſalutem civium potens es, largire nobis halcyonia.

S. D. G.

Bayerische StaatsBibliothek
Münchener DigitalisierungsZentrum Digitale Bibliothek

Wildvogel, Christian,

Dissertatio Inavgvralis Ivridica Continens Statvtorvm Bvdissinensivm Collationem, Cvm Jvre Civili Et Saxonico Commvni

Jenæ [1715]

4 J.rom.c. 15#Beibd.16
urn:nbn:de:bvb:12-bsb10519455-5
VD18 15149994